bertatis aequassem' inquit, 'neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui: nunc exsoluta iam fide publica, ne dis- 12
crimen omne virtutis ignaviaeque pereat, nomina eorum, qui detractatae pugnae memores secessionem paulo ante fecerunt, referri ad me iubebo, citatosque singulos iure iurando adigam, nisi cui morbus causa erit, non aliter quam stantes cibum po- 13
tionemque, quoad stipendia facient, capturos esse. hanc multam ita aequo animo feretis, si reputabitis nulla ignaviae nota leviore vos designari potuisse'. signum deinde colligendi vasa 14
dedit; militesque praedam portantes agentesque per lasciviam ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis *per* 15
celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti viderentur. Beneventani omnes turba effusa cum obviam ad portas exissent, 16
complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. adparata con- 17
vivia omnibus in propatulo aedium fuerant: ad ea invitabant Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. et Gracchus ita permisit, *si* in publico epularentur omnes ante suas quisque fores. prolata omnia. pilleati aut lana alba ve- 18

spricht *tunc* dem vorhergehenden *primum*.

nota — notasse] wie **23**, 11, 5 *coronatus laurea corona*, oft *donis donare* (§ 9) u. a. m. *notasse* steht aoristisch für unser deutsches Praesens, oft bei L., besonders nach *volo*, *nolo*, *malo*; z. B. **22**, 59, 10 *nec premendo alium me extulisse velim*. **23**, 15, 10 *sibi adsumpsisse quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium accitumque ad se benigne appellat*; vgl. § 9.

12. *fidem exsolvere*] ist häufig; vgl. 18, 5 *exsolvere iusiurandum*. **26**, 31, 10 *mea fides exsoluta est*.

citatos] näml. *nominatim*, ebenso 18, 3.

13. *causa*] wozu Grund sei, ergiebt der Zusammenhang; doch sagen wir deutsch genauer 'Behinderungsgrund'; ebenso 18, 7.

erit] und weiterhin *facient* sind beibehaltene Formen der or. recta.

stantes] bezieht sich auf die *cena*, bei welcher sich der Soldat bequem lagerte. Justin (**32**, 4, 10) lobt an Hannibal, dass er weder auf dem Kriegszuge in Italien, noch später, als er zu Hause die höchste Gewalt in Händen hatte, *cubantem cenasse*.

multa] eigentlich Geldstrafe, ist hier allgem. = *poena*.

ita — si] = bei der Lage der Dinge, wenn: insofern wenn (unter der Bedingung dass); vgl. 37, 7. 38, 8.

designare] 'kenntlich machen' wie **4**, 29, 6 *Postumius nulla tristi nota est insignitus*; mehrfach *insignis nota*.

14. *portantes ag.*] häufiger werden *ferre* u. *agere* (z. B. **22**, 3, 7) zusammengestellt, ein Ausdr., welcher dem griech. ἄγειν καὶ φέρειν nachgebildet zu sein scheint; vgl. **38**, 18, 15 *quae ferre atque agere possunt prae se agentes portantesque Olympum montem petunt*.

15. *non*] = 'und (aber) nicht' in scharfen u. kurzen Gegensätzen.

17. *omnibus*] Dat. = *ab omn.*, den L. bei pass. Part. ganz gewöhnlich setzt.

in propatulo] dem sogen. Atrium; **25**, 12, 15 *apertis ianuis in propatulis epulati sunt*.

epulari perm.] sonst bei L. *ut* oder blosser Conj.; vgl. Cic. in Verr. 5 § 22 *iudicibus coniecturam facere permittam*. Corn. Nep. Con. 4, 1 *ei permisit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam*.

18. *pilleati*] u. *lana alba* als Zeichen der Freiheit, vgl. 32, 9 *servi ad pilleum vocati*; auch der Hut war weiss.

latis capitibus volones epulati sunt, alii accubantes, alii stan-
19 tes, qui simul ministrabant vescebanturque. digna res visa, ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus, postquam Romam rediit, pingi iuberet in aede Libertatis, quam pater eius in Aventino ex multaticia pecunia faciendam curavit dedicavitque.
17 Dum haec ad Beneventum geruntur, Hannibal depopulatus
2 agrum Neapolitanum ad Nolam castra movet. quem ubi adventare consul sensit, Pomponio propraetore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat, accito ire obviam hosti
3 parat nec moram dimicandi facere. C. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit, circumvectumque occulte subsequi sensim agmen hostium iubet et, cum coortum proelium videret, ab tergo se
4 obicere. id errore viarum an exiguitate temporis Nero exsequi
5 non potuerit, incertum est. absente eo cum proelium commissum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat; sed quia equites non adfuere in tempore, ratio compositae rei turbata est. non ausus insequi cedentes Marcellus vincentibus suis si-
6 gnum receptui dedit. plus tamen duo milia hostium eo die caesa
7 traduntur, Romani minus quadringenti. solis fere occasu Nero diem noctemquè nequiquam fatigatis equis hominibusque ne viso quidem hoste rediens adeo graviter est ab consule increpitus, ut per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Can-

19. *digna — ut*] die Anwendung des Rel. pron. war hier nicht möglich, ebenso wenig 23, 42, 13 *quos ut socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas, quos — tuearis* wegen des schon gesetzten *quos;* L. verschmäht es aber auch sonst z. B. 22, 59, 17. *indigni, ut redimeremur a vobis, visi sumus.*

multaticius] ist eine eigene Bildung des L.; das Wort findet sich bei ihm oft, bei anderen Schriftst. überhaupt gar nicht.

17. Hannibal erleidet bei Nola eine Schlappe u. bricht nach Tarent auf.

2. *Pomponio*] M. Pomponius Matho war 217 u. 216 *praetor peregrinus*, 215 u. 214 *propraetor* für Gallien, wie sich aus 10, 3 ergiebt. Die Kriegsverhältnisse hatten aber den Senat veranlasst *Galliam, quamquam stimulabat iusta ira, omittere eo anno* (215), und auch im J. 214 scheint Pomp. vielleicht auf Grund eines ähnlichen Senatsbeschlusses zunächst mit nach dem Süden gegangen, erst später in seine Provinz Ariminum (Gallien) marschiert zu sein. 44, 3 wird ihm für diesen Bezirk ein Nachfolger bestellt, der seine Truppen übernimmt.

super Suessulam] war ein von Marcellus im vorigen Jahre als Proconsul errichtetes u. nach ihm *castra Claudiana* benanntes Lager.

3. *portam*] die hier bezeichnete heisst *porta decumana* (die 10ten Cohorten der einzelnen Legionen lagen ihr am nächsten), dem Feinde zugekehrt ist die *porta praetoria*, die ihren Namen von der Nähe des 15, 1 erwähnten *praetorium* hat.

ab tergo se obicere] hat L. öfter verbunden, ohne dass man fliehende Feinde zu denken hätte, allg. = 'sich stürzen'; passender wäre *a fronte* u. selbst *a lateribus.*

7. *equis hominibusque*] nicht zu verwechseln mit *equis virisque,* was Cavallerie und Infanterie bezeichnet, hier 'Ross und Reiter'.

nas redderetur hosti clades. postero die Romanus in aciem 8
descendit, Poenus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit. tertio die silentio noctis omissa spe Nolae potiundae, rei numquam prospere temptatae, Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur.

Nec minore animo res Romana domi quam militiae gere- 18
batur. censores vacui ab operum locandorum cura propter in- 2
opiam aerarii ad mores hominum regendos animum adverterunt castigandaque vitia, quae, velut diutinis morbis aegra corpora ex sese gignunt, eo nata bello erant. primum eos cita- 3
verunt, qui post Cannensem *cladem de Italia deserenda agitasse* dicebantur. princeps eorum M. Caecilius Metellus quaestor tum forte erat. iusso deinde eo ceterisque eiusdem noxae reis cau- 4
sam dicere, cum purgari nequissent, pronuntiarunt verba orationemque eos adversus rem publicam habuisse, quo coniuratio deserendae Italiae causa fieret. secundum eos citati nimis cal- 5
lidi exsolvendi iuris iurandi interpretes, qui captivorum ex itinere regressi clam in castra Hannibalis solutum, quod iuraverant redituros, rebantur. his superioribusque illis equi adempti, 6
qui publicum equom habebant, tribuque moti aerarii omnes

redderetur] derselbe Ausdr. 20, 2, unser 'heimgeben'.

8. *tacita*] die *tacita confessio*, eigentlich ein rhetorisches *ὀξύμωρον*, wird durch das *se tenere* abgelegt.

18. Innere Angelegenheiten. Amtliche Thätigkeit der Censoren.

2. *mores regere*] (*morum regimen*) der gewöhnl. Ausdr. für die von den Censoren ausgeübte Beaufsichtigung (das 'in Ordnung halten') der Sitten und des Lebenswandels.

animum adv.] man erwartete wie 4, 45, 4 *adv. animos* in offener Form, während die zusammengezogene weit häufiger bei L. (u. den Classikern) ist; ebenso 48, 4.

gignunt] nämlich *vitia*.

3. *citaverunt*] s. zu 16, 12.

4. *verba habere*] ist eine bei L. vereinzelt auch ohne *or.* vorkommende Verbindung statt *verba facere*.

5. *secundum*] s. zu 10, 11.

interpretes] die gewöhnl. Ueberlieferung (22, 58, 8. Cic. de off. 1 § 40. Polyb. bei Cic. ebd. 3 § 113) erzählte diese Schlauheit von einem, der unter dem Vorwande, etwas vergessen zu haben, umkehrte; Gellius (6, 18, 9) von zweien, andere (L. 22, 61, 8) von zehn; eine Mehrheit (also wohl 10) setzt auch unsere Stelle voraus.

nimis callidi] Cicero (de off. 3 § 113) sagt davon: *fuit stulta calliditas perverse imitata prudentiam.*

qui captivorum] der partit. Gen. wird nicht selten in den Relativsatz gezogen; z. B. 2, 23, 9 *magno cum periculo suo, qui forte patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt;* vgl. 19, 11.

redituros] genauer bei Cic. de off. 1 § 40: *se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent.*

6. *qui*] einschränkend 'soweit sie' (wie § 7 *quibus*); denn denen, welche *suis equis* dienten (solche werden 18, 15 angedeutet), konnten sie nicht genommen werden. Auch handelte es sich hier um Beraubung der Würde, die § 7 mit *equester ordo* (diesen bildeten damals die *equites equo publico*) bezeichnet ist; vgl. 42, 10, 4 *omnis, quos senatu moverunt quibusque equos ademerunt, aerarios fecerunt et tribu moverunt. tribu moti* ohne in eine andere, geringere (*tr. urbana*) ver-

7 facti. neque senatu modo aut equestri ordine regendo cura se
censorum tenuit: nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpse-
runt, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio
8 iusta militiae neque morbus causa fuisset. et ea supra duo
9 milia nominum in aerarios relata tribuque omnes moti, addi-
tumque tam truci censoriae notae triste senatus consultum, ut
ei omnes, quos censores notassent, pedibus mererent mitteren-
turque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui mili-
tum generi non prius, quam pulsus Italia hostis esset, finitum
10 stipendiorum tempus erát. cum censores ob inopiam aerarii
se iam locationibus abstinerent aedium sacrarum tuendarum
curuliumque equorum praebendorum ac similium his rerum,
11 convenire ad eos frequentes qui hastae huius generis adsueve-
rant, hortarique censores, ut omnia perinde agerent locarent,
ac si pecunia in aerario esset: neminem nisi bello confecto
12 pecuniam ab aerario petiturum esse. convenere deinde domini
eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat,
arcessitosque se ab triumviris mensariis esse dixerunt, ut pretia
servorum acciperent: ceterum non ante quam bello confecto
13 accepturos esse. cum haec inclinatio animorum plebis ad sus-
tinendam inopiam aerarii fieret, pecuniae quoque pupillares

setzt zu werden, sondern vollständig zu *aerarii* degradiert, die ohne Stimmrecht und willkürlicher Besteuerung ausgesetzt waren.

7. *regendo*] s. zu § 2.

se tenuit] 'beschränkte sich'; häufiger hat L. diese Constr. bei Ortsbezeichnungen, wie 17, 8.

quibus] s. zu § 6.

8. *ea*] s. zu 16, 4.

tribuque — m.] ist eigentlich ein überflüssiger Zusatz (weil ein *aerarius* keiner *tr.* angehörte), wie in der zu § 6 citierten Stelle.

9. *esset*] aus dem Sinne derer, welche die Frist festgestellt hatten, des Senats.

finitum erat] die Dienstzeit war 'begrenzt' d. h. fand ihr Ende.

10. *se abstinerent*] häufiger bloss *abst.* intrans. s. 26, 11, dann *abst. aliquem aliqua re.*

tueri] 'in Stand erhalten'; vgl. **23**, 38, 12 *pecunia ad classem tuendam decreta est,* worin auch die Bemannung eingeschlossen ist.

curules equi] sind die Pferde vor den Processionswagen (*quadrigae*), welche bei den Circensischen Spielen die Götterbilder trugen.

11. *hastae*] bei allen Lieferungen für den Staat wurde das Mindestgebot berücksichtigt, wie beim Verkauf von Beutestücken u. a. das Meistgebot. In beiden Fällen war die aufgesteckte *hasta* ein äusseres Merkmal für die stattfindende Handlung. Daher unser 'subhastieren'.

agerent locarent] direct haben sie gesagt: *omnia perinde agite locate, ac si* .., daher auch das Asyndeton; in der Abhängigkeit müssen wir es übersetzen etwa mit 'getrost verdingen'. Galba sagt bei Tac. (Hist. **1**, 41) zu seinen Mördern 'wohlan, schlagt zu'; indirect *agerent ac ferirent*, wo wegen des *ac* das *agerent* selbständiger wird und übersetzt werden muss 'sie sollten nur machen und zuschlagen'.

12. *manu emiserat*] der blosse Abl. bei *emittere* sowie *de manibus emittere* (**21**, 48, 6) ist bei L. seltener als die Präposition *ex* (**22**, 3, 10). Den blossen Abl. verbindet L. gewöhnlicher mit dem Simplex *mittere*, z. B. **41**, 9, 11.

13. *inclinatio an. ad*] ebenso 23, 4.

primo, deinde viduarum coeptae conferri, nusquam eas tutius 14
sanctiusque deponere credentibus qui deferebant quam in publica fide. inde si quid emptum paratumque pupillis ac viduis foret, a quaestore perscribebatur. manavit ea privatorum be- 15
nignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio stipendium acciperet, mercennariumque increpantes vocarent qui accepisset.

Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat, quod duum 19
milium Campanorum et septingentorum militum Hannibalis tenebatur praesidio. praeerat Statius Metius missus ab Cn. Magio 2
Atellano, qui eo anno medix tuticus erat, servitiaque et plebem promiscue armarat, ut castra Romana invaderet intento consule ad Casilinum oppugnandum. nihil eorum Fabium fefellit. itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu, dum Casili- 3
num oppugnatur, opus esse, qui Campanis opponatur: vel ipse 4
relicto Nolae praesidio modico veniret, vel, si eum Nola teneret, necdum securae res ab Hannibale essent, se Ti. Gracchum proconsulem a Benevento acciturum. hoc nuntio Mar- 5
cellus duobus militum milibus Nolae in praesidio relictis cum cetero exercitu Casilinum venit, adventuque eius Campani iam moventes sese quieverunt. ita ab duobus consulibus Casilinum 6
oppugnari coepit. ubi cum multa succedentes temere moenibus Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptum suc-

14. *viduae*] auch die unverheirathet gebliebenen Mädchen mitbezeichnend.

deponere] ohne *se*, s. zu 6, 5.

deferre] = *conferre*, wie kurz vorher.

foret] ist der bei L. häufige Conj. iterativus.

perscribebatur] 'wurde eine Anweisung gegeben', die nach den damaligen Verhältnissen wohl ebenfalls nicht sogleich eingelöst wurde, wenigstens ward so aber ein moralischer Druck auf die Verkäufer ausgeübt.

15. *aliquem mercenn. increpans voco*] ich 'schelte Jem. einen Miethling', wofür auch *aliquem ut mercennarium increpo* gesagt werden kann (**35**, 39, 7: *Magnetas ut ingratos increpat*). Das blosse *aliq. mercennarium increpo* erst bei Tacitus; doch nähert sich dieser Ausdrucksweise schon L. **8**, 32, 13 *increpabant inclementem dictatorem* sie schalten den D. grausam; eig. aber = *increpabant inclementiam dictatoris*.

19. Wiedereroberung von Casilinum durch Fabius.

1. *duum*] s. zu 8, 10.

2. *Atellano*] aus Atella; der *medix tuticus* war *summus magistratus apud Campanos* (**23**, 35, 13. **26**, 6, 13); die beiden Worte sind oscisch und bedeuten so viel wie 'Landpfleger' (*medix* hängt mit dem Stamm des Verbums *med-eri*, *tuticus* mit *totus* zusammen).

3. *oppugnatur*] der Modus der directen Rede ist beibehalten, was L. öfters thut; bei *dum* ist es gerade nicht häufig.

4. *securus*] eig. von Personen 'unbekümmert, sorgenlos', hier 'gefahrlos' = *tutus* u. so wie dies mit *a* constr.; vgl. **39**, 1, 6 *qui nullum locum quietum aut securum esse sineret*.

5. *in praesidio*] *relinqui* oder *esse* 'auf Posten', wie *in praes. inponi* 'auf P. gestellt werden'; ähnlich *in subsidiis rel.* 'in Reserve'.

6. *coepit*] s. zu 7, 10.

inceptum succederet] dieselbe persönl. Constr. **42**, 58, 1 *inceptum*

cederet, Fabius omittendam rem parvam ac iuxta magnis difficilem abscedendumque inde censebat, cum res maiores insta-
7 rent; Marcellus multa magnis ducibus sicut non adgredienda ita semel adgressis non dimittenda esse dicendo, quia magna famae momenta in utramque partem fierent, tenuit, ne inrito
8 incepto abiretur. vineae inde omniaque alia operum machinationumque genera cum admoverentur,' Campanique Fabium
9 orarent, ut abire Capuam tuto liceret, paucis egressis Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, caedesque promiscue omnium circa portam primo, deinde inruptione facta
10 etiam in urbe fieri coepta est. quinquaginta fere primo egressi Campanorum, cum ad Fabium confugissent, praesidio eius Capuam pervenerunt. Casilinum inter conloquia cunctationemque
11 petentium fidem per occasionem captum est, captivique Campanorum quique Hannibalis militum erant Romam missi atque ibi in carcere inclusi sunt; oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.

20 Quibus diebus a Casilino re bene gesta recessum est, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas
2 cum praefecto socium in agros hostium praedatum misit. eos effuse palatos Hanno adortus haud multo minorem, quam ad

non succedebat, vgl. 26, 5 *consilia procedunt;* sonst gewöhnlich unpersönlich, wie 38, 3 *fraudi parum succedit*, 25, 37, 19 *si successisset coeptis.* Ganz ähnlich wie an unserer Stelle dasselbe Verbum in verschiedener Bedeutung nach kurzem Zwischenraum wiederholt ist, findet sich 13, 7 *Poenus, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum processit.*

iuxta magnis] = *iuxta ac magnas*; denn *iuxta* gebraucht L. synonym mit *pariter* (vgl. 28, 20, 6 *trucidant inermis iuxta atque armatos, feminas pariter ac viros*); beide Wörter hat er je einmal mit dem Dat. statt mit *ac* verbunden: *iuxta* hier, *pariter* 38, 16, 10 *ut (gentes), pariter ultimae propinquis, imperio parerent.*

7. *tenuit ne*] vgl. 23, 20, 10 *tenuerunt optimates, ut urbem ac muros firmarent:* 'durchsetzen'; sonst *pervincere ut*, z. B. 23, 5, 1.

momenta] der Satz wird leicht verstanden aus Caes. BC 3, 70, 2 *ita parvae res magnum in utramque rem momentum habuerunt;* vgl. 23, 39, 4 *tantum navis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis belli.* Die Sache also, auf welche ein 'entscheidender Einfluss' ausgeübt wird, steht mit *ad.* (29, 35, 12 *quorum adventus hoc momenti fecit, ut Scipio abscederet inrito incepto:* hängt *ut* von *hoc* ab).

inrito incepto abiretur] vgl. 2, 7, 1 *ut omissa irrita re abirent.* 5, 4, 1 *abducere infecta re a Veis exercitum noluerunt.*

8. *omnia alia*] s. zu 22, 15.

9. *paucis egressis*] zu ergänzen 'nach Bewilligung des freien Abzugs'.

10. *praesidio*] 'Schutz' wie 1, 18, 3 *quo praesidio unus per tot gentes pervenisset?*

20. Fabius verwüstet Samnium. Hannibal vor Tarent.

1. *cum praefecto socium*] 'unter der Anführung' (so L. oft); wollen wir 'mit' sagen, so muss das Verhältnis umgekehrt werden: 'ein *pr. s.* mit einigen Cohorten'. Die *praef. s.* waren meist selbst Römer, so auch 40, 8 *duo milia militum mittit cum praefecto socium Q. Naevio.* 36, 3 *naves longae cum Bomilcare classis praefecto in portum decurrere.*

Beneventum acceperat, reddidit hosti cladem atque in Brut-
tios raptim, ne Gracchus adsequeretur, concessit. consules 3
Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit; Fabius in Sam-
nites ad populandos agros recipiendasque armis quae defece-
rant urbes processit. Caudinus Samnis gravius devastatus: 4
perusti late agri, praedae pecudum hominumque actae; oppida 5
vi capta Conpulteria Telesia Compsa inde, Fugifulae et Orbi-
tanium ex Lucanis; Blanda et Apulorum Aecae oppugnatae.
milia hostium in his urbibus viginti quinque capta aut occisa, 6
et recepti perfugae trecenti septuaginta, quos cum Romam
misisset consul, virgis in comitio caesi omnes ac de saxo
deiecti. haec a Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum 7
ab gerundis rebus valetudo adversa Nolae tenuit. et a prae- 8
tore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Acuca oppidum
per eos dies vi captum, stativaque ad Ardaneas communita.
Dum haec aliis locis ab Romanis geruntur, iam Tarentum 9
pervenerat Hannibal cum maxima omnium, quacumque ierat,
clade; in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen 10
coepit. nihil ibi violatum neque usquam via excessum est;
apparebatque non id modestia militum aut ducis, sed ad con-
ciliandos animos Tarentinorum fieri. ceterum cum prope moe- 11
nibus successisset, nullo ad conspectum primum agminis, ut
rebatur, motu facto castra ab urbe ferme passus mille locat.

2. *reddidit*] wie 17, 7.

adsequi] wie oft, absolut gesetzt.

3. *retro*] wird sehr häufig zu Verben, die mit *re* zusammengesetzt sind, pleonastisch hinzugefügt (*retro redire* kehrt wieder 39, 11); ebenso findet sich die in dem *unde venerat* liegende Fülle des Ausdrucks bei L. häufig, z. B. 40, 9 *navibus Oricum retro, unde venerat, remissis.*

4. *gravius*] dasselbe hat Marcellus im vorhergehenden Jahre gethan; s. 23, 41, 13 *crebras excursiones in Samnites Caudinos fecit adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum cladium Samnio memoriam renovaret.*

praedae] s. zu 16, 5.

5. *inde*] = *ex iis*, entsprechend dem folgenden *ex Lucanis*; vgl. 9, 20, 9: *in Lucanos perrectum; inde — Nerulum vi captum.*

6. *quos cum*] = *qui, cum eos.*

comitium] ein Theil des *forum.*

7. *paucos dies*] beweist, dass die erwähnten Städte nicht alle von Fabius persönlich genommen sein können (man bedenke die Entfernung von Conpulteria bis Blanda). Im Gegentheil scheinen die Eroberungen in Lucanien von Gracchus gemacht (s. 20, 1—2), Aecae ebenso wie das § 8 erwähnte Acuca vom jungen Fabius genommen zu sein.

tenuit] die Constr. dieser Stelle ist zusammengezogen aus den beiden Constr. *Marc. val. Nolae tenuit* u. *Marc. val. ab ger. rebus tenuit* (= *prohibuit*, wie 19, 7 *tenuit ne* 'durchsetzen dass nicht' = hindern dass = *impedire ne* ist); wir sagen 'Kr. hielt den M. zu Nola in Unthätigkeit'.

9. *aliis*] im Gegensatz zu *Tarentum*, wie *ab Romanis* zu *Hannibal.*

10. *modestia*] in verschiedenem Sinne bei *militum* und bei *ducis.*

11. *prope*] Adverb.; s. 19, 6.

conspectum primum] ist ungewöhnlich gestellt; doch sagt L. sowohl *vere primo* wie *primo vere* (21, 5, 5 u. 21, 6).

ut rebatur] gehört zu dem positiven Begriff, den wir in der Ueber-

12 Tarenti, triduo ante, quam Hannibal ad moenia accederet, a M.
13 Valerio propraetore, qui classi ad Brundisium praeerat, missus *M.* Livius inpigre conscripta iuventute dispositisque ad omnes portas circaque muros, qua res postulabat, stationibus die ac nocte iuxta intentus neque hostibus neque dubiis sociis loci
14 quicquam praebuit ad temptandum. *ita*que diebus aliquot frustra ibi absumptis Hannibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Averni se adissent, aut ipsi venirent aut nuntium litterasve mitterent, vana promissa se temere secutum cernens castra inde movit,
15 tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absistens. Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heracleensi — iam enim aestas exacta erat, et hibernis
16 placebat locus — conportat. praedatum inde Numidae Maurique per Sallentinum agrum proximosque Apuliae saltus dimissi, unde ceterae praedae haud multum, equorum greges maxime abacti, e quibus ad quattuor milia domanda equitibus divisa.
21 Romani, cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oreretur morsque tyranni duces magis inpigros dedisset Syracusanis, quam causam aut animos mutasset, M. Marcello alteri

setzung mit 'ohne zu' ausdrücken: 'ohne dass eine Erhebung stattfand, wie er hoffte (geglaubt hatte)'.

13. *iuxta*] dies mit *pariter* gleichbedeut. Wörtchen (s. zu 19, 6) wird von L. gern bei entgegengesetzten Begriffen angewandt und hat seine Stelle entweder, wie hier (u. 37, 4), nach denselben, oder vor und zwischen denselben; s. 5, 6, 5 *iuxta hieme atque aestate bella gerere.* 1, 54, 9 *absentium bona iuxta atque interemptorum.*

dubiis] 'unzuverlässig, schwankend'; vgl. 23, 28, 3 *per dubios infestosque populos iuxta intentus ad Hasdrubalem pervenit.*

temptandum] absolut u. in dieser Allgemeinheit der Stelle entsprechend 'einen Anschlag machen'.

14. *venirent*] zu *nemo* gehörig, eine Ungenauigkeit, welche durch den Zwischensatz *qui adissent* und *ipsi* bewirkt ist.

15. *intacto agro*] 'wobei auch jetzt das Gebiet unberührt blieb', oder mit 'ohne zu' wie § 11; *absistens* gehört zu dem logischen Subject dieser Participialconstruction, als wenn gesagt wäre *ac ne tum quidem agrum tetigit* (*vastavit*).

Salapia] nördl. v. Cannae in Apulien; die erwähnten Fouragierungen aus den so viel südlicher gelegenen Küstenstrichen werden nur bei der guten und zahlreichen Reiterei des Hannibal möglich gewesen sein.

16. *domanda*] nämlich zu militairischem Gebrauch: 'zureiten').

***21—39.** Ereignisse in Sicilien.

21—23, 4 Constituierung der Republik in Syrakus.

1. *causam*] die Sache, die man zu vertreten hat, hier ihr 'Verhältnis' zu den Römern vgl. 26, 4. 31, 8. Uebrigens hat L. bisher nichts davon erzählt, dass auch die Gesinnung des Volkes wie die des Hieronymus sich von den Römern abgewendet habe: er betrachtet sie als schon erklärte Feinde. Dass man den Krieg für gefährlich in Rom ansah, beweist die Hinsendung des Consuls, mit der auch eine Verstärkung der in Sicilien stehenden Streitkräfte verbunden gewesen sein wird. Marcellus ist nun Oberbefehlshaber dort, und Appius Claudius kann nur Legat in des Consuls Heer gewesen sein. Lentulus aber ist an der Spitze der cannen-

consulum eam provinciam decernunt. secundum Hieronymi caedem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat vociferatumque ferociter parentandum regi sanguine coniuratorum esse. deinde libertatis restitutae dulce auditu nomen crebro usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis militiaeque fungendae potioribus ducibus et relata tyranni foeda scelera foedioresque libidines adeo mutavere animos, ut insepultum iacere corpus paulo ante desiderati regis paterentur. cum ceteri ex coniuratis ad exercitum obtinendum remansissent, Theodotus et Sosis regiis equis quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios opprimerent, Syracusas contendunt. ceterum praevenerat non fama solum, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuntius etiam ex regiis servis. itaque Andranodorus et Insulam et arcem et alia, quae poterat quaeque opportuna erant, praesidiis firmarat. hexapylo Theodotus ac Sosis post solis occasum iam obscura luce invecti cum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per Tycham simul ad libertatem, simul ad arma vocantes in Achra-

2 3 4 5 6 7

sischen Legionen zur Unthätigkeit verurtheilt, da diese zum Garnisonwachdienst bestimmt sind, ein ehrenvoller Kampf ihnen versagt bleibt.

2. *secundum*] s. zu 10, 11.

apud milites] = *inter m.*, dem Sinne nach soviel als *a militibus*.

vociferatum] passivisch, ist eine Singularität im classischen Latein (auch *parentare* wendet Liv. nur hier an).

3. *et relata*] *et*, scheinbar das dritte Glied anreihend, knüpft vielmehr die Erinnerung an Vergangenes an dasjenige, was in Zukunft zu erwarten ist, daher mit 'und auf der andern Seite' zu übersetzen; vgl. 33, 6.

4. *exercitum obtinere*] eig. 'nicht aus den Händen lassen', doch hier handelt es sich noch darum, es ganz zu gewinnen, 'sich seiner zu versichern'.

Theodotus] (s. 5, 10—14) scheint, vielleicht wegen seines umfassenden Geständnisses, begnadigt worden zu sein.

quanto maximo] = *quam maximo;* vgl. 35, 5 u. oft bei L.

omnium] s. zu 29, 4.

6. *Insula*] auch oft *Nasos* (dorisch = *Νῆσος*, wie 21, 7 *Tycha* = *Τύχη;* 22, 8 *Damarata* statt *Demarata*) genannt, ist Ortygia, durch einen Isthmus mit der Achradina verbunden, auf welchem die von Timoleon früher zerstörte, später wiederaufgebaute Burg des Dionysios lag. Der Hauptstadttheil war Achradina, durch eine starke Mauer von den Theilen Tycha und Neapolis getrennt. Die dorischen Formen erklären sich daraus, dass Syrakus eine dorische Colonie war, von Korinth gegründet.

7. *hexapylo*] der blosse Abl., wie *porta, Collina urbem intrare* u. a., den Weg bezeichnend, auf welchem eine Bewegung stattfindet: 'durch das Hex.', vgl. 36, 6 *maritimis locis*. Hex. war ein sechsfaches Thor (6 Thore neben einander), also die Befestigung eines schwachen Punktes in der Stadtmauer (s. 32, 5—6) im Norden der Tycha, durch welche der Weg nach Leontini führte.

obscura luce] Gegensatz 23, 10, 7 *luce clara;* vgl. 22, 4, 4 *vixdum satis certa luce.*

in Achradinam] L. setzt, mit Ausnahme von 3 Stellen, diesem Stadttheil stets die Präp. hinzu; auch im Abl. 25, 31, 1 *in Achradina.*

8 dinam convenire iubent. multitudo pars procurrit in vias, pars
in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant et,
9 quid rei sit, rogitant. omnia luminibus conlucent strepituque
vario conplentur. armati locis patentibus congregantur; iner-
mes ex Olympii Iovis templo spolia Gallorum Illyriorumque,
dono data Hieroni a populo Romano fixaque ab eo, detrahunt
10 precantes Iovem, ut volens propitius praebeat sacra arma pro
11 patria, pro deum delubris, pro libertate sese armantibus. haec
quoque multitudo stationibus per principes regionum urbis dis-
positis adiungitur. in Insula inter cetera Andranodorus prae-
12 sidiis firmarat horrea publica: locus saxo quadrato saeptus at-
que arcis in modum emunitus capitur ab iuventute, quae prae-
sidio eius loci adtributa erat, mittuntque nuntios in Achradi-
nam horrea frumentumque in senatus potestate esse.

22 Luce prima populus omnis, armatus inermisque, in Achra-
dinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiae ara, quae in eo
sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyaenus contio-
2 nem et liberam et moderatam habuit. servitu*tis formi*dines in-
dignitatesque homines expertos adversus notum malum inritatos
esse: discordia civilis quas inportet clades, audisse magis a
3 patribus Syracusanos quam ipsos vidisse. arma quod inpigre

convenire iubent] ohne bestimmtes Subject, da sich ein allgemeines (*omnes*) von selbst ergiebt; **23**, 45, 1 *Marcellus instare iubet* näml. *milites*.

8. *multitudo pars — pars*] s. zu 7, 7.

rogitant] dies frequentat. hat L. auch 31, 3, sonst nur in der ersten Dekade (18 mal).

9. *Olympii*] dieser Tempel, wie die Curie und die *ara Concordiae* (22, 1) befanden sich am Forum (Agora).

10. *volens propitius*] asyndetisch, weil die Verbindung eine stehende ist (so auch 38, 8); ähnlich *do dico, equis viris* (Cic. ad fam. 9, 7, 1), *velitis iubeatis, Iuppiter optimus maximus* und andere theils sprichwörtliche, theils alterthümliche Verbindungen. Das *volens propitius* aber erscheint bei L. nicht selten auch mit *que* verbunden, z. B. **29**, 14, 13 *ut volens propitiaque urbem Romam iniret*.

11. *haec quoque*] setzt voraus, dass die *principes*, die Vornehmeren und Angesehenen (vielleicht Senatoren nach § 12) der einzelnen Stadtviertel, militairische Anordnungen getroffen und durch die *armati* wichtige Punkte besetzt haben. Daher ist *haec quoque adiungitur* nicht scharf zu nehmen, weil noch kein anderes *adiungere* stattgefunden hat, sondern so aufzufassen: auch diesen wurden Posten zugewiesen und zwar wurden sie den schon vertheilten hinzugefügt.

inter cetera] ebenso *super cetera* oder *super alia* oft bei Liv.

12. *emunitus*] eine Neubildung Vergils, welche L. adoptiert und an drei Stellen der dritten Dekade angewandt hat; eigentlich 'aus dem Boden heraus in die Höhe befestigen' = stark befestigen.

praesidio] Besatzung von *mercennarii*, die 32, 7 erwähnt werden.

22. 1. *pro ara*] *pro* hier nicht 'vor' (wie 11, 5), sondern 'vorn auf'; so **26**, 41, 6 *pro ripa Hiberi stare*, sonst *pro tribunali sedere, pro rostris* u. a.; wie *pro* den Ort der Ruhe ausdrückt, so § 13 *ex qua* den Ort, von wo aus etwas geschieht.

contionem] = Rede (in einer *contio*); vgl. **27**, 13, 1 *Marcellus contionem saevam atque acerbam apud milites habuit*.

ceperint, laudare, magis laudaturum, si non utantur nisi ultima necessitate coacti. in praesentia legatos ad Andranodorum 4 mitti placere, qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit, portas Insulae aperiat, dedat praesidium. si tutelam 5 alieni regni suum regnum velit facere, eundem se censere multo acrius ab Andranodoro quam ab Hieronymo repeti libertatem. ab hac contione legati missi sunt. senatus inde haberi coep- 6 tus est, quod sicut regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem eius ante eam diem nulla de re neque convocati neque consulti fuerant. ut ventum ad Andranodó- 7 rum est, ipsum quidem movebat et civium consensus et cum aliae occupatae urbis partes, tum pars Insulae vel munitissima prodita atque alienata. sed evocatum eum ab legatis Dama- 8 rata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, admonet saepe usurpatae Dionysi tyranni vocis, qua pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyranni- 9 dem dixerit debere. facile esse momento quo quis velit cedere possessione magnae fortunae, facere et parare eam difficile

4. *in praesentia*] Subst., wie auch § 11, c. 28, 7 und oft; anstatt dessen nicht selten *in praesens*, wie 25, 35, 7.

placere] *pl.* als officieller Ausdr. der Behörden = 'verordnen' (hier 'für gut befinden').

ut in potestate sit] 'er solle sich unterordnen', die Superiorität anerkennen.

praesidium] hier der besetzte Punkt, die Burg; vgl. 2, 50, 11 *caesi ad unum omnes praesidiumque expugnatum.*

5. *tutelam*] Andr. hat die Vormundschaft officiell niedergelegt; aber Hieronymus hat ihm bei seinem Abmarsch nach Leontini die Regierung in die Hand gegeben, s. § 15; er war *procurator* nach 25, 3; *alieni* und *suum* stehen in scharfem Gegensatz.

repeti] abhängig von *censere*, wofür der natürlichere Ausdr. *repetendam esse* oder *ut repeteretur* wäre; jenes nicht selten z. B. 2, 5, 1 *bona reddi censuerant;* dagegen 2, 4, 3 *censebat reddenda bona.* In ersterem Falle ist *censere* fast = *iubere.* (vgl. § 4 *placere*) oder = *aequum censere* 6, 8.

6. *ab hac cont.*] wie 39, 1, 'sogleich nach'; vgl. 23, 1. 38, 1. 39, 1. 46, 4 und zu 10, 11 *secundum.*

sicut — ita] 'zwar — aber'.

quod] wie oft, dem Prädikatsnomen assimiliert, das folgende *convocati — fuerant* ist, wie ebenfalls oft bei L., gramm. ungenau ausgedrückt.

8. *animis*] der Plur. dieses Wortes bezeichnet oft ein Selbstgefühl im Uebermasse und gewinnt, wie hier, die Bedeutung von Stolz und Hochmuth (aber auch im guten Sinne vom hohen Muthe, wie 40, 10).

Damarata] vgl. 25, 11; s. zu 21, 6.

adhuc] oft bei L. von der Vergangenheit (Cic. fast ausschliesslich mit Beziehung auf die Gegenwart).

9. *qua dixerit*] anscheinend breit, ist echt lateinische Umschreibung, um nicht den Acc. cum inf. vom Substantivum abhängen zu lassen; ähnlich 24, 2. Vgl. 2, 24, 6 *contioni edicto addidit fidem, quo edixit, ne quis teneret.*

debere] das Subj. 'man' ist aus dem Zusammenhange zu nehmen: *eum qui tyrannidem teneret.*

momento] häufiger mit dem Zusatz *temporis*, hat L. nicht selten allein gesetzt. (Cicero gewöhnlich *puncto temporis*, wie auch L. 3, 27, 7 sagt; Caesar: *vestigio temporis*).

10 atque arduum esse. spatium sumeret ad consultandum ab legatis; eo uteretur ad arcessendos ex Leontinis milites, quibus si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate eius
11 futura. haec muliebria consilia Andranodorus neque tota aspernatus est neque extemplo accepit, tutiorem ad opes adfectan-
12 das ratus esse viam, si in praesentia tempori cessisset. itaque legatos renuntiare iussit futurum se in senatus ac populi potestate. postero die luce prima patefactis Insulae portis in fo-
13 rum Achradinae venit. ibi in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus contionatus erat, escendit orationemque eam orsus
14 est, qua primum cunctationis suae veniam petivit: se enim clausas habuisse portas non separantem suas res a publicis, sed strictis semel gladiis timentem, qui finis caedibus esset futurus, utrum, quod satis libertati foret, contenti nece tyranni essent, an, quicumque aut propinquitate aut adfinitate aut aliquis ministeriis regiam contigissent, alienae culpae rei truci-
15 darentur. postquam animadverterit eos, qui liberassent patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium, non dubitasse, quin et corpus suum et cetera omnia, quae suae fidei tutelaeque essent, quoniam eum, qui mandas-
16 set, suus furor absumpsisset, patriae restitueret. conversus deinde ad interfectores tyranni ac nomine appellans Theodo-
17 tum ac Sosin 'facinus' inquit 'memorabile fecistis: sed mihi

10. *ad consultandum*] absol.; vgl. 38, 4.

11. *muliebria*] = *mulieris;* vgl. zu 4, 2.

adfectandas] 'mit Aussicht auf Erfolg', wie 29, 6, 1 *spes adfectandae eius rei ex minima re adfulsit. adfectare* wird vorzugsweise bei hochverrätherischen Plänen (25, 4) gebraucht und zwar von allen Historikern (Cic. *appetere*).

14. *habere*] mit Part. oder Adj. = etwas in einem Zustande halten.

timentem] hier 'in ängstlicher Ungewissheit sein', wie 27, 47, 5 nach *cura angebat* ein abhängiger Fragesatz folgt; vgl. zu 2, 4.

aliquis] bei L. oft statt *aliquibus*, ebenso *quis* = *quibus* namentlich in der Formel *in quis* (21, 62, 2).

trucidarentur] s. zu 30, 14.

15. *consuli in medium*] 32, 21, 1 *in commune consuli*, für das allgemeine Beste sorgen.

corpus suum] 'sich selbst, seine Person', indem *corpus* zur Umschreibung der Person verwendet wird, insofern es sich nur um die materielle Seite handelt; daher oft in verächtlichem Sinne, z. B. von Sklaven; vgl. 22, 22, 7 *transfugam unum vile atque infame corpus esse ratus.*

cetera omnia] diese fast stehende Wortfolge beobachtet auch L. stets mit Ausnahme einer Stelle (22, 52, 5: *omnis cetera praeda diripienda data est*, aber 40, 15 *cetera omnis praeda Romanis concessa est*); ebenso *reliqua omnia* (doch *omnia reliqua* auch Cicero), während die im Deutschen umgekehrte Stellung leicht zur Anwendung des bei den Classikern ungebräuchlichen *alia omnia* (dies aber bei Livius sehr häufig; 19, 8 sogar *omnia alia* s. zu 1, 6) verleitet.

tutelae essent] dafür sagt L. auch *sub tulela esse* und *in tutela esse.*

16. *facinus fecistis*] oft bei L.; das Obj. vom gleichen Stamme, wie *acta agere, vota vovere, pacem pacisci* u. a., vgl. zu 16, 11.

credite, incohata vestra gloria, nondum perfecta est, periculumque ingens manet, nisi paci et concordiae consulitis, ne libera efferatur res *publica*'.

Post hanc orationem claves portarum pecuniaeque regiae 23
ante pedes eorum posuit. atque illo quidem die dimissi ex
contione laeti circa fana omnia deum supplicaverunt cum con-
iugibus ac liberis, postero die comitia praetoribus creandis
habita. creatus in primis Andranodorus, ceteri magna ex parte 2
interfectores tyranni; duos etiam absentes, Sopatrum ac Dino-
menen, fecerunt. qui auditis iis, quae Syracusis acta erant, 3
pecuniam regiam, quae in Leontinis erat, Syracusas devectam
quaestoribus ad *id* ipsum creatis tradiderunt; et ea quae *in* 4
Insula erat Achradinam tralata est; murique ea pars, quae ab
cetera urbe nimis firmo munimento intersaepiebat Insulam,
consensu omnium deiecta est. secutae et ceterae res hanc in-
clinationem animorum ad libertatem.

Hippocrates atque Epicydes audita morte tyranni, quam 5
Hippocrates etiam nuntio interfecto celare voluerat, deserti a
militibus, quia id tutissimum ex praesentibus videbatur, Sy-
racusas rediere. ubi ne suspecti obversarentur tamquam no- 6
vandi res aliquam occasionem quaerentes, praetores primum,
dein per eos senatum adeunt, ab Hannibale se missos praedi- 7
cant ad Hieronymum tamquam amicum ac socium, paruisse

17. *mihi credite*] weil gewöhnlich *mihi crede* gesagt wird, um den daktylischen Rhythmus in *crede mihi* zu vermeiden.

efferatur] die Metapher vom zu Grabe tragen der Freiheit oder des Staates findet sich bei L. öfter, z. B. 28, 28, 12 *meo unius funere elata res publica esset?*

23. 1. *atque (ac) — quidem*] führt zu dem Neuen über, das eigentlich aber erst in dem Gegensatz, welcher dem Schriftsteller vorschwebt, zum Ausdr. gelangt: Und damals nun war alles zufrieden und froh; bald aber sollte ein schrecklicher Umschwung der Stimmung erfolgen; ebenso *et — quidem* 24, 8.

praetores] Uebersetzung des griech. ἄρχοντες. *praetor* von *praeire* nach Cic. de leg. 3, § 8.

2. *in primis A.*] ausserdem auch Themistus (26, 16), der Gatte seiner Nichte; s. zu 4, 2.

4. *secutae — hanc inclinationem*] 'sie folgten dieser Stimmung, gingen aus ihr hervor, entsprachen derselben'.

23, 5—26 Parteibildung in Syrakus. Ausrottung der Königsfamilie.

5. *Hippocrates*] s. 7, 1.

ex praesentibus] 'unter den augenblicklichen Verhältnissen' (eigentlich 'in Folge' derselben).

6. *obversari*] 'sich vor den Augen (der Einwohner) bewegen als v.' (31, 11, 7 *palam Carthagini obversari*) d. h. 'in den Augen der Einw. als v. erscheinen'. Vgl. 24, 2, wo nur das 'bei der Hand sein' bezeichnet wird.

7. *praedicare*] 'laut aussprechen' (und mit Ueberzeugung: davon unser 'predigen') wie 24, 7 *pron.* u. 38, 42, 9 *indignum esse praedicans.*

tamquam amicum] nach ciceron. Sprachgebr. müsste vor *amicum* die Präp. (*ad*) wiederholt werden; bei L. jedoch ist die Auslassung derselben häufig: vgl. 47, 5 *quam ob noxam Romanorum, aut quod meritum Poenorum pro alienigenis ac*

8 imperio eius, cuius imperator suus voluerit. velle ad Hannibalem redire: ceterum, cum iter tutum non sit vagantibus passim per totam Siciliam Romanis, petere, ut praesidii dent aliquid, quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam
9 eos parva opera apud Hannibalem inituros. facile res impetrata: abire enim duces regios cum peritos militiae, tum egentes eosdem atque audaces cupiebant. sed quod volebant non quam
10 maturato opus erat naviter expediebant. interim iuvenes militares et adsueti militibus nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus sociis Romanorum erat, nunc etiam apud infimae plebis homines crimina
11 serebant in senatum optimatesque: id moliri clam eos atque struere, ut Syracusae per speciem reconciliatae societatis in dicione Romanorum sint, dein factio ac pauci auctores foederis renovati dominentur.

24. His audiendis credendisque opportuna multitudo maior in dies Syracusas confluebat, nec Epicydi solum spem novanda-
2 rum rerum sed Andranodoro etiam praebebat. qui fessus tandem uxoris vocibus monentis, nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent,

barbaris — bellum gererent, wo man *quod ob m.* erwartete.

cuius] näml. *imperio se parere,* wie Relativsätze bei L. oft aus dem Hauptsatze zu vervollständigen sind.

8. *Locros in Italiam*] der Lateiner setzt die allgemeine und besondere Ortsbestimmung in die gleiche Abhängigkeit vom Verbum; wir Deutsche bringen den allgem. Begriff in ein Abhängigkeitsverh. zum besondern: 'nach L. in J.'; so 36, 3 *naves in magnum portum Syracusas decurrere* 'in den Hafen von S.' 23, 24, 5 *Teanum in hiberna ad exercitum redit* 'zum Heere in den Winterquartieren zu Teanum'. Vgl. 26, 2.

9. *naviter*] vor *naviter* ist *tam,* dem *quam* entsprechend, ausgelassen, wie nicht selten z. B. 35, 49, 7 *homo non quam isti sunt gloriosus.* Bei *opus est* setzt L. das Verbum, dessen Thätigkeit nothwendig ist, sehr gewöhnlich in den Abl. des Part. Pass.; vgl. 1, 58, 5 *ita facto maturatoque opus esse.* Bei Sallust ist dies die stehende Ausdrucksweise (z. B. Cat. 1, 6 *et priusquam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est*), bei Cic. selten.

10. *militares*] = § 9 *periti militiae* oder 10, 22, 6 *nati militiae. vir* und *homo militaris* geben wir durch 'Kriegsmann' wieder, indem wir damit den Begriff des Rauhen, Starken u. s. w. verbinden; hier bei *iuvenes mil.* drehen wir das Verhältniss um und sagen 'junge Krieger'.

adsueti] ebenso 24, 2, s. zu 5, 9.

moliri — struere] den Bedeutungsunterschied zeigen 25, 22, 6 *Casilino omnia deportantem molientemque ad oppugnandam Capuam* und 23, 34, 5 *Xenophanes mendacium struere.*

11. *ac*] 'und zwar'.

24. 1. *his audiendis*] s. zu 29, 4.

Epicydi] der Kürze wegen ist nur einer genannt, da die beiden Brüder in allem gemeinschaftlich gehandelt zu haben scheinen; 31, 3 und 35, 4 ebenso *Hippocrates.*

novandarum rerum] anders construiert § 2 und 23, 6.

2. *fessus*] = *fatigatus.*

incondita] vgl. 26, 40, 1 *primum ac potissimum omnium ratus nova pace inconditas componere res.* Die Unabhängigkeit ist noch nicht in

dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles, dum ab Hannibale missi duces adsueti militibus iuvare possent incepta, cum Themisto, cui Gelonis filia nupta erat, rem consociatam paucos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui et alia arcana committere adsuerat, incaute aperit. huic et genus et 3
fortuna honesta erant, nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori est, ea deformabat. itaque fidem *priorem* potioremque ratus quam patriae debebat, indicium ad praetores defert. qui, ubi rem haud vanam esse certis indiciis conpererunt, con- 4
sultis senioribus et auctoritate eorum praesidio ad fores posito ingressos curiam Themistum atque Andranodorum interfecerunt. et cum tumultus ab re in speciem atrociore causam aliis igno- 5
rantibus ortus esset, silentio tandem facto indicem in curiam introduxerunt. qui cum ordine omnia edocuisset, principium 6
coniurationis factum ab Harmoniae Gelonis filiae nuptiis, quibus Themisto iuncta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares 7
instructos ad caedem praetorum principumque aliorum, bonaque eorum praedae futura interfectoribus pronuntiatum; iam 8
mercennariorum manum adsuetam imperiis Andranodori paratam fuisse ad Insulam rursus occupandam; singula deinde, quae per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam coniurationem ante oculos posuit. et senatui quidem tam

eine gesetzlich geordnete Staatsform gebracht.

pastus] im Munde der Damarata verächtlich = 'gefüttert'.

obversaretur] s. zu 23, 6.

3. *fortuna*] 'Vermögen', häufiger so im Plural.

honesta] gehört eigentlich nur zu *genus*, doch sagen auch wir (wenigstens im Gesprächston) ein 'anständiges' V. = ansehnliches V.

apud Graecos] die Römer dachten in diesem Punkte anders.

prior potiorque] sind oft von L. zusammengestellt, auch im Superlativ, s. das Beispiel zu § 2.

4. *fores*] näml. *curiae*.

5. *ab re*] *ab* drückt den Ausgangspunkt einer Handlung aus, den Umstand, in Folge dessen etwas geschieht: sehr häufig bei L. z. B. 30, 1 *ab ira* (wofür L. recht oft *ob iram* sagt), 31, 12 *a misericordia* 'in Folge menschlicher Regung' und sonst.

atrociore] die Sache war schrecklich, aber scheinbar noch schrecklicher, als sie es unter den obwaltenden Verhältnissen wirklich war.

8. *viris armisque*] 'mit voller Kriegsmacht, mit allen Gewaltmitteln'. Die hier angewandte Redensart erscheint auch asyndetisch (vgl. 21, 10), doch bei L. fast immer verbunden, wie **23**, 30, 6 *armis virisque*. **26**, 4, 8 *equos virosque*. **24**, 40, 3 *viris atque armis*. Dreigliederig sagt Cic. stets asyndetisch *armis, equis, viris*, wogegen L. **23**, 15, 13 und **26**, 5, 9 *viri equi armaque* sagt. Nach dieser Analogie gebildet lesen wir **10**, 16, 8 *exercitum instructum armis stipendio venisse*. ebenda § 6 *gens opulentissima armis, viris, pecunia*. **30**, 11, 4 *equos, arma, tela*. Viergliederig **22**, 39, 11 *armis, viris, equis, commeatibus iuvant*; anders **9**, 6, 6 *arma equos, vestimenta commeatus militibus mittunt*.

quosque] ist nicht von *quisque* abzuleiten.

et — quidem] s. zu 23, 1.

9 iure caesi quam Hieronymus videbantur; ante curiam variae atque incertae rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem in vestibulo curiae corpora coniuratorum eo metu compresserunt, ut silentes integram plebem in contionem se-
10 querentur. Sopatro mandatum ab senatu et a collegis, ut
25 verba faceret. is, tamquam reos ageret, ab ante acta vita orsus, quaecumque post Hieronis mortem sceleste atque impie
2 facta essent, Andranodorum ac Themistum arguit fecisse: quid enim sua sponte fecisse Hieronymum, quid puerum ac vixdum pubescentem facere potuisse? tutores ac magistros eius sub aliena invidia regnasse: itaque aut ante Hieronymum aut certe
3 cum Hieronymo perire eos debuisse. at illos debitos iam morti destinatosque alia nova scelera post mortem tyranni molitos, palam primo, cum clausis Andranodorus Insulae portis hereditatem regni creverit et, quae procurator tenuerat, pro do-
4 mino possederit; proditus deinde ab eis, qui in Insula erant, circumsessus ab universa civitate, quae Achradinam tenuerit, nequiquam palam atque aperte petitum regnum clam et dolo
5 adfectare conatus sit, et *ne* beneficio quidem atque honore potuerit vinci, cum inter liberatores patriae insidiator ipse liber-

9. *variae*] 'buntgemischt'.

incertus] mit Gen. (bei L. häufig, z. B. 31, 5) ist dichterisch. Das Geschrei des Volkes erklärt sich daraus, dass die an dem Eingang zur Curie ungewöhnlicher Weise aufgestellten Soldaten irgend eine Gewaltthätigkeit vermuthen lassen.

in vestibulo curiae] muss mit *corpora* verbunden werden: die dort liegenden, dort erblickten Leichen.

integram] 'ruhig, besonnen, vernünftig'.

25. 1. *reos ageret*] näml. die beiden Getödteten, von deren *ante acta vita* Sopater anhebt, wie es Ankläger vor Gericht zu thun pflegen. *reum agere* = *reum facere* ist von L. mehrfach angewendet. Im Folgenden wird nur auf Andr. Rücksicht genommen; Themistus wird dem Volke als Vertrauter und naher Verwandter des Andr. so bekannt gewesen sein, dass man seine Theilnahme an allem voraussetzte.

2. *sub aliena invidia*] 'unter dem Schutz des Umstandes, dass ein anderer den Hass zu tragen hatte'; *aliena inv.* = *alius inv.*

3. *hereditatem cernere*] ist ein jurist. Ausdr. 'sich über den Antritt der Erbschaft entscheiden, die Erbschaft antreten'; vgl. **40**, 8, 17 *vivo et spirante me hereditatem meam crevistis.*

procurator] s. zu 22, 5.

possederit] wie 45, 12 von *possido.*

4. *deinde*] dem *palam primo cum* sollte eigentlich entsprechen *clam deinde cum;* anstatt dessen ist auch das zweite Glied vom vorhergehenden *cum* abhängig gemacht. Ueber die Gegensätze s. 38, 3.

circumsessus] ist nicht ganz wörtlich zu nehmen; denn der Zusatz *quae Achr. ten.* weist auf die 22, 7 erwähnte Besetzung der Achradina und anderer Theile der Stadt auf dem Festland hin. *circumsessus* passt, wenn wir es so verstehen, dass Andr. die *universa civitas* vor sich und die erwähnten *proditores* hinter sich hatte.

adfectare] s. zu 22, 11.

5. *vinci*] 'gewonnen w.', eigentlich wird eine Stimmung oder Gesinnung, welche einer Sache feindlich ist, besiegt, gebrochen; vgl. **23**, 8, 4 *victus patris precibus lacrimisque.* Anders **1**, 17, 11 *adeo id gratum plebi fuit, ut, ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent.*

tatis creatus esset praetor. sed animos eis regios regias con- 6
iuges fecisse, alteri Hieronis alteri Gelonis filias nuptas. sub 7
hanc vocem ex omnibus partibus contionis clamor oritur nullam earum vivere debere nec quemquam superesse tyrannorum stirpis. ea natura multitudinis est: aut servit humiliter aut 8
superbe dominatur; libertatem, quae media est, nec sumere modice nec habere sciunt. et non ferme desunt irarum indul- 9
gentes ministri, qui avidos atque intemperantes suppliciorum animos ad sanguinem et caedes inritent; sicut tum extemplo 10
praetores rogationem promulgarunt, acceptaque paene prius quam promulgata est, ut omnes regiae stirpis interficerentur. missique a praetoribus Demaratam Hieronis et Harmoniam 11
Gelonis filiam, coniuges Andranodori et Themisti, interfecerunt.

Heraclia erat filia Hieronis, uxor Zoippi, qui legatus ab 26
Hieronymo ad regem Ptolomaeum missus voluntarium consci-

6. *regios*] 'despotisch'; der freie Römer gebraucht die Ausdrücke *rex, regius, regnum* sehr gewöhnlich in gehässigem Sinne und verbindet z. B. *crudeliter et regie factum est.*

alteri — alteri] diese Theilung können wir im Deutschen so nicht wiedergeben (denn filias ist die Apposition zu *coniuges*); also entweder zu übersetzen, als wenn L. geschrieben hätte: *Hieronis et Gelonis filias iis nuptas*, oder aufzulösen 'da dem einen die Tochter . . .', vgl. § 11.

7. *sub*] 'unmittelbar nach'; vgl. 25, 7, 1 *sub haec dicta ad genua Marcelli procubuerunt.* 35, 31, 13 *sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit.*

stirpis] wie § 10 *omnes regiae stirpis.*

8. *libertatem quae media est*] d. h. die Menschen sind keine gehorchenden Unterthanen, wenn sie einen Regenten haben (sondern feige Sklaven), ebenso wenig besonnene, die Autorität der Gesetze und der Vernunft beobachtende Freibürger, sondern alsbald roh, wüst, das Recht der Selbstbestimmung mit der 'Unabhängigkeit' von Gesetz und Recht verwechselnd. *sumere* 'sich aneignen' wie *capessere libertatem* bei Cicero und Sallust.

9. *ferme*] 'gewöhnlich', wie 22, 9, 8 *quod non ferme decernitur, nisi cum taetra prodigia nuntiata sunt.*

indulgentes ministri] das intrans. Part. wird ganz wie im Deutschen als Attribut gebraucht, 'willfahrende (willige, gefügige) Handlanger'; 27, 37, 13 *carmen nunc abhorrens* 'für die Jetztzeit unpassend', ebenso 30, 44, 6 *abhorrentes lacrimae.*

suppliciorum] abhängig von *avidos*, zu dem *intemperantes* ergänzend hinzugesetzt.

10. *acceptaque — est*] parenthetisch.

11. *missique*] wegen *que* s. zu 13, 5. Das Part. Perf. Pass. im Plur. wird von L. nicht selten substantivisch gebraucht, ohne, wie es gewöhnlich der Fall ist, eine besondere Classe zu bezeichnen. Dieser Sprachgebrauch ist vorzugsweise von den Historikern (selten bei Cicero, der dafür einen Relativsatz anwendet) ausgebildet worden und besonders dem Tac. eigenthümlich.

26. 1. *Heraclia*] = Ἡράκλεια. Griechisches ει wird lat. zu ē oder ī; daher die doppelte Formation, wie *Alexandria* und *Alexandrea*, *Polyclitus* und *Polycletus* u. s. w.; so 35, 3 und 6 der Stadtname *Heraclea* und *Heraclia.*

consciverat] n. sibi; vgl. 9, 26, 7 *mors ab ipsis conscita.* Durch die Auslassung des Reflexivpronomens, wofür sich bei L. zahlreiche Beispiele finden, wird dem Verbum eine dem griech. Medium ähnliche Bedeutung verliehen.

2 verat exilium. ea cum ad se quoque veniri praescisset, in sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus 3 resolutis crinibus miserabilique alio habitu et ad ea addidit preces nunc per *deos, nunc per* memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare 4 sinerent: nihil se ex regno illius praeter exilium viri habere, neque fortunam suam eandem vivo Hieronymo fuisse quam 5 sororis, neque interfecto eo causam eandem esse. quid? quod, si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit re- 6 gnatura, sibi cum ceteris serviendum. si quis Zoippo nuntiet interfectum Hieronymum ac liberatas Syracusas, cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit navem atque in patriam 7 rediturus? quantum spes hominum falli! in liberata patria coniugem eius ac liberos de vita dimicare — quid obstantes 8 libertati aut legibus? quod ab se cuiquam periculum, a sola ac prope vidua et puellis in orbitate degentibus esse? at enim periculi quidem nihil ab se timeri; invisam tamen stirpem 9 regiam esse. ablegarent ergo procul ab Syracusis Siciliaque

2. *in sacrarium ad penates*] s. zu 23, 8.

filiabus virginibus] nicht selten fügt der Lateiner ein Subst. ganz wie ein Adj. attributivisch an ein anderes Subst., so L. 1, 26, 2 *soror virgo.* 21, 5, 4 *victor exercitus.* 21, 39, 3 *exercitus tiro.* Besonders dienen Verbalsubst. auf —*a* und —*or* dazu, Participia zu vertreten, z. B. 1, 28, 1 *exercitus spectator certaminis* (ebenso 25, 9, 2). 21, 39, 5 *Gallos accolas Padi.* 21, 40, 11 *cum foederum ruptore duce et populo.* 28, 19, 15 *domitor ille totius Hispaniae exercitus.* In den letzten beiden Beispielen wird zugleich der durch eine einmalige That einer Person für immer beigelegte Charakter bezeichnet. — *filiabus* kommt bei L. nur hier vor; 38, 57, 2 *duabus filiis.*

3. *conflagrare*] = *perire,* eigentl. 'in Flammen aufgehen und zerstört werden durch etwas; das Opfer eines bestimmten Verhältnisses werden': eine häufige Metapher (bes. *inv. confl.*) auch bei Angeklagten, welche die Verurtheilung trifft.

4. *causam*] s. zu 21, 1.

5. *consilia processissent*] s. zu 19, 6.

fuerit regnatura] statt *regnavisset.* Diese bei irrealen Bedingungssätzen sehr gewöhnliche Form des Ausdrucks, wenn der Conj. Plusq. noch einmal (hier wegen der or. obl.) in den Conj. zu stellen ist (s. § 12) erklärt sich aus Stellen wie 5, 53, 9 *quod singuli facturi fuimus, si aedes nostrae deflagrassent hoc in publico incendio universi recusamus facere;* ebenso in der Infinitiv-Constr. *regnaturum fuisse.*

7. *quid obstantes*] *quid* rhetorisch = *nihil,* daher ohne Aenderung der Constr.; wir im Deutschen mit besonderem Satz 'und doch in welcher Beziehung ständen sie im Wege'?

8. *a sola*] vor der Apposition wird sonst die Präp. nicht wiederholt; hier werden die folgenden Worte auf diese Weise zu einem besonderen Satzgliede erhoben, in dem angegeben ist, weshalb von ihr keine Gefahr drohen könne.

at enim] bei Einwürfen, die man sich selbst macht; daher nur in Reden von L. angewendet.

9. *ablegarent*] wie 29, 1 u. 5; mit der Nebenbedeutung einer entehrenden Strafe sagt Liv. *relegare,* wie von den cannensischen Legionen 25, 5, 10 (*Cannensis*) *exercitus relegatus in Siciliam*; in Verbindung mit *exilium* z. B. 4, 4, 6 *quid est*

et asportari Alexandriam iuberent ad virum uxorem, ad patrem filias. aversis auribus animisque cum se *monerent illi,* 10
ne tempus tererent, ut ferrum quosdam expedientes cernebat, tum omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcerent orare 11
institit, a qua aetate etiam hostes iratos abstinere; ne tyrannos ulciscendo quae odissent scelera ipsi imitarentur. inter 12
haec abstractam a penetralibus iugulant; in virgines deinde respersas matris cruore impetum faciunt. quae alienata mente simul luctu metuque velut captae furore eo cursu se ex sacrario proripuerunt, ut, si effugium patuisset in publicum, impleturae urbem tumultu fuerint. tum quoque haud magno 13
aedium spatio inter medios tot armatos aliquotiens integro corpore evaserunt tenentibusque, cum tot ac tam validae eluctandae manus essent, sese eripuerunt. tandem vulneribus con- 14
fectae, cum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt. caedemque per se miserabilem miserabiliorem casus fecit, quod paulo post nuntius venit mutatis repente ad misericordiam animis, ne interficerentur. ira deinde ex misericordia orta, 15
quod adeo festinatum ad supplicium neque locus paenitendi aut regressus ab ira relictus esset. itaque fremere multitudo 16
et in locum Andranodori ac Themisti — nam ambo praetores fuerant — comitia poscere, quae nequaquam ex sententia praetorum futura essent. statutus est comitiis dies; quo neco- 27
pinantibus omnibus unus ex ultima turba Epicyden nominavit, tum inde alius Hippocratem; crebriores deinde hae voces et cum haud dubio adsensu multitudinis esse. et erat confusa 2
contio non populari modo sed militari quoque turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permixtis.

aliud quam exilium, quam relegationem pati? daher militairisch 22, 25, 5 *consulem procul ab Italia ablegatum* 'abcommandiert'; dagegen 40, 41, 10 *senatus consultum, ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur* wenigstens 'strafversetzt'.

10. *ut — cernebat, tum*] s. zu 1, 6.

11. *institit*] ebenso 46, 1; 8, 35, 2 *orare dictatorem insistunt* und sonst oft.

a qua — abstinere] s. zu 14, 8.

13. *tum quoque*] = *sic quoque* 'auch so noch', obgleich, wie das Folgende zeigt, allerlei Hindernisse vorhanden waren.

eluctari] ist ἅπ. εἰρ., eine Bildung, die L. dem Vergil entlehnt hat.

16. *in locum A. comitia poscere*] kurz statt *praetoribus in locum A. creandis comitia p.*

27. Hippokrates und Epikydes Prätoren. Verhandlungen mit Marcellus.

1. *ultima*] 'ganz entfernt stehend, am äussersten Rande'; der Vorgang wird von L. nach richtiger Beobachtung menschlicher Feigheit geschildert.

inde] 'in Folge davon', weil die beiden Namen gewöhnlich zusammen genannt wurden.

2. *confusa*] wie 32, 9, wird begründet durch den Abl. abs. *non populari — permixtis;* vgl. 25, 14, 10 *caedes inde, non iam pugna erat omnibus intra vallum permixtis.*

populari turba] = *popularium turba;* wie der Gegensatz *militari* beweist, sind *populares* = *cives,* ebenso 2, 8. 32, 4 u. 7.

3 praetores dissimulare primo et *intenti* trahendae rei esse; postremo victi consensu et seditionem metuentes pronuntiant eos praetores.

4 Nec illi primo statim creati nudare quid vellent, quamquam aegre ferebant et de indutiis dierum decem legatos isse ad Appium Claudium et inpetratis eis alios, qui de foedere 5 antiquo renovando agerent, missos. ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex caedibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret 6 nova atque insolita libertas, opperiens. per eosdem dies cum ad Marcellum venientem in Siciliam legati Syracusani missi ab Appio essent, auditis condicionibus pacis Marcellus, posse rem convenire ratus, et ipse legatos Syracusas, qui coram 7 cum praetoribus de renovando foedere agerent, misit. et iam ibi nequaquam eadem quies ac tranquillitas erat. postquam Punicam classem accessisse Pachynum allatum est, dempto timore Hippocrates et Epicydes nunc apud mercennarios milites, nunc apud transfugas prodi Romano Syracusas crimina- 8 bantur. ut vero Appius naves ad ostium portus, quo *Roma*nae partis hominibus animus accederet, in statione habere coepit, 9 ingens in speciem criminibus vanis accesserat fides; ac primo etiam tumultuose decurrerat multitudo ad prohibendos, si in terram egrederentur.

28 In hac turbatione rerum in contionem vocari placuit. ubi cum alii alio tenderent, nec procul seditione res esset, Apol-

3. *dissimulare*] thaten als wenn sie es nicht hörten.

4. *Appium*] s. zu 10, 3. Derselbe stand nach 7, 9 an der Grenze des syrakus. Reiches. Der Waffenstillstand soll den täglich erwarteten und wohl nur wegen der nahe bevorstehenden Ankunft des Marcellus, s. 21, 1, unterlassenen Angriff hinausschieben, bis sich die Verhältnisse in Syrakus geklärt haben.

5. *evaderent — ageret*] für den Conj. Fut., wie gewöhnlich nach den Verben des Erwartens.

tyrannorum] 'der Herrscherfamilie' wie oft *reges,* z. B. 2, 5, 5 *direptis bonis regum damnati proditores.*

quove] 'und' wohin: Fortführung einer Frage, gewöhnlicher durch *aut.*

insolita] s. zu 5, 9.

6. *per eosdem dies*] des Nachdrucks wegen vorangestellt, gehört zu *venientem.*

rem convenire] sonst auch unpers. z. B. 3, 31, 8 *de legibus convenit.*

7. *et iam*] scheinbar wäre eine Adversativpartikel passender, indessen Liv. schreitet in der Erzählung ruhig fort (ähnlich 31, 11 und sonst), als wenn er gesagt hätte: 'und dort fanden sie alles in grösster Unruhe'.

8. *fides*] 'Bestätigung' (passiven Sinnes wie 29, 5).

28. Volksversammlung in Syrakus. Hinneigung zu den Römern.

1. *in hac turbatione*] gewöhnlicher ist das Compos. *perturbatio;* vgl. 35, 1 *in motu rerum.* 25, 3, 8 *cum magno motu rerum.*

in contionem vocari placuit] näml. *populum;* gewöhnlicher ist *contionem vocari placuit,* doch 2, 55, 10 *cum in senatum vocari iussissent, queruntur.*

Ionides principum unus orationem salutarem ut in tali tempore habuit: nec spem salutis nec perniciem propiorem um- 2
quam civitati ulli fuisse. si enim uno animo omnes vel ad 3
Romanos vel ad Carthaginienses inclinent, nullius civitatis statum fortunatiorem ac beatiorem fore; si alii alio trahant 4
res, non inter Poenos Romanosque bellum atrocius fore quam inter ipsos Syracusanos, cum intra eosdem muros pars utraque suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces. itaque, 5
ut idem omnes sentiant, summa vi agendum esse. utra societas sit utilior, eam longe minorem ac levioris momenti consultationem esse; sed tamen Hieronis potius quam Hieronymi 6
auctoritatem sequendam in sociis legendis, vel quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam nunc incognitae, quondam infideli praeferendam. esse etiam momenti aliquid ad consi- 7
lium, quod Carthaginiensibus ita pax negari possit, ut non utique in praesentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut pacem aut bellum habendum. quo minus cupiditatis 8
ac studii visa est oratio habere, eo plus auctoritatis habuit. adiectum est praetoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium, iussi et duces ordinum praefectique auxiliorum simul consulere. cum saepe acta res esset magnis certaminibus, 9
postremo, quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla apparebat, pacem fieri placuit cum eis mittique legatos ad rem confirmandam.

Dies haud ita multi intercesserunt, cum ex Leontinis le- 29

principum unus] ebenso 25, 23, 6 *unus exulum* und sonst nicht selten; aber weit häufiger *unus ex*, wie bei Cicero; z. B. 7, 4. 22, 1 *ex principibus unus*. 27, 1 *unus ex ultima turba*.

ut] einschränkend: 'nach Massgabe der kritischen Lage'.

4. *si alii*] bei solchem Gegensatz ist *sin* gewöhnlicher, doch vgl. 33, 6.

6. *vel*] correctio, = *vel potius*.

7. *ad consilium*] wozu nach gewöhnlichem Sprachgebrauch ein Gerundivum hinzutreten müsste; vgl. 35, 25, 9 *plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit quam si . .*; allein *momentum* kann sich als ein Verbalsubstantiv (= *movimentum*) auch direct mit dem Subst. verbinden: 'zur Entschliessung liege ein Ausschlag gebender Beweggrund darin, dass'..

utique] 'jedenfalls', eigentl. 'wie immer' = 'unter allen Umständen'.

8. *duces ordinum*] und *praef. auxil.* (= *praef. sociorum*) sind von dem röm. Heerwesen entlehnte Bezeichnungen.

9. *pacem*] da es noch nicht zum Kriege mit den Römern gekommen ist, bedeutet *pacem facere* hier ein friedliches und zugleich Bundesgenossenverhältnis herstellen. *pax* also (wie § 7 u. 29, 7. 12) = Vertrag = *foedus*, wie ebenfalls 29, 12.

29. Hipp. fällt in römisches Gebiet ein. Leontini sagt sich von Syrakus los.

1. *haud ita multi*] bei Cic. stets *non ita multi*. *haud* hat bei L. eine sehr ausgedehnte Anwendung gefunden, fast stehend in der Litotes vor Ausdr. mit *in privativum* (doch u. a. besonders oft *non immerito*).

intercesserunt] gewöhnlicher wäre *intercesserant*; doch lässt L. bisweilen dem temporalen *cum* auch Perf. und Praes. hist. voraufgehen.

gati praesidium finibus suis orantes venerunt; quae legatio
peropportuna visa ad multitudinem inconditam ac tumultuosam
2 exonerandam ducesque eius ablegandos. Hippocrates praetor
ducere eo transfugas iussus; secuti multi ex mercennariis auxi-
3 liis quattuor milia armatorum effecerunt. et mittentibus et
missis ea laeta expeditio fuit: nam et illis, quod iam diu cu-
piebant, novandi res occasio data est, et hi sentinam quandam
urbis rati exhaustam laetabantur. ceterum levaverunt modo
in praesentia velut corpus aegrum, quo mox in graviorem
4 morbum recideret. Hippocrates enim finitima provinciae Ro-
manae primo furtivis excursionibus vastare coepit; deinde, cum
ad tuendos sociorum agros missum ab Appio praesidium esset,
omnibus copiis impetum in oppositam stationem cum caede
5 multorum fecit. quae cum essent nuntiata Marcello, legatos
extemplo Syracusas misit, qui pacis fidem ruptam esse dice-
rent nec belli defuturam umquam causam, nisi Hippocrates
atque Epicydes non ab Syracusis modo sed tota procul Sicilia
6 ablegarentur. Epicydes, ne aut reus criminis absentis fratris
praesens esset, aut deesset pro parte sua concitando bello,
profectus et ipse in Leontinos, quia satis eos adversus popu-
lum Romanum concitatos cernebat, avertere etiam ab Syracu-

praesidium] zum Schutz gegen die an ihren Grenzen stehenden Römer; s. 7, 9.

legatio] diese G. und ihr Anliegen.

exonerare] eigentl. 'entlasten', z. B. *senatum cura, civitatem metu (= liberare)*, hat hier die Sache, welche als Last gedacht ist, zum Object, also = *exonerandi causa (exonerandae civitatis causa) removere* od. *educere*.

2. *mercennariis auxiliis*] zwei Subst.; vgl. zu 16, 6.

effecerunt] = *expleverunt;* ebenso 25, 3, 7. So Caes. BC. 1, 15, 5 *efficere;* BG. 7, 75, 5 *complere*.

3. *illis — hi*] man sollte *his* und *illi* erwarten mit Rücksicht auf *mittentibus* und *missis;* allein diese Stellung hat Liv. aus dem Auge verloren und bezeichnet die *missos*, die Ausgezogenen, jetzt in der Ferne Befindlichen mit *illi*, die Zurückgebliebenen *mittentes* mit *hi* im Geiste der Syrakusaner.

4. *finitima*] substantivierte Neutra Plur. (am häufigsten im Nom. und Acc., weil hier das Geschlecht kenntlich ist) dienen oft, wie hier, zur Bezeichnung von Localitäten und werden von L. ganz gewöhnlich mit einem Gen. partit. verbunden: 'die angrenzenden Striche'; vgl. 25, 13, 14 *nitentes per ardua hostes*. 26, 20, 6 *concesserant in mediterranea*. ebenda 40, 9 *cum in media urbis iretur*; in anderem Casus z. B. 26, 25, 3 *vastatis proximis Illyrici*. Aber auch von Dingen kommen solche Neutra in allen Casus nicht selten vor (wo sonst *res* hinzugefügt zu werden pflegt), wie 21, 4 u. 47, 6 *ignaros omnium*. 24, 1 *his audiendis*. 45, 14 *cognitis omnibus*.

5. *pacis fidem*] der 'versprochene, garantierte Friede', weil *fides* hier passive Bedeutung hat; so oft, z. B. 3, 18, 3 *fidem foederum id poscere*. 27, 30, 12 *contra fidem conventionis*.

6. *praesens*] = *si adesset* oder *si Syracusis maneret*.

deesse] mit Dat. 'sich entziehen (§ 12), es an Bemühung für etwas fehlen lassen'.

pro parte sua] ebenso 23, 33, 10; sonst *pro virili parte* (1, praef. 3. 26, 36, 3) oder *pro parte virili* (3, 71, 8).

sanis coepit: nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis, ut 7
quicumque populi sub regibus fuissent, suae dicionis essent,
nec iam libertate eos contentos esse, nisi etiam regnent ac
dominentur. renuntiandum igitur eis esse Leontinos quoque 8
aequom censere *se* liberos esse, vel quod in solo urbis suae
tyrannus ceciderit, vel quod ibi primum conclamatum ad liber-
tatem relictisque regiis ducibus Syracusas concursum *sit*. ita- 9
que aut eximendum id de foedere esse, aut legem eam foederis
non accipiendam. facile multitudini persuasum; legatisque Sy- 10
racusanorum et de caede stationis Romanae querentibus et
Hippocratem atque Epicyden abire seu Locros seu quo alio
mallent, dummodo Sicilia cederent, iubentibus ferociter respon-
sum est neque mandasse sese Syracusanis, ut pacem pro se 11
cum Romanis facerent, neque teneri alienis foederibus. haec 12
ad Romanos Syracusani detulerunt abnuentes Leontinos in sua
potestate esse: itaque integro secum foedere bellum Romanos
cum iis gesturos, neque sese defuturos ei bello, ita ut in po-
testatem redacti suae rursus dicionis essent, sicut pax conve-
nisset.

Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Ap- 30
pio quoque accito, ut altera parte adgrederetur, tanto ardore
militum est usus ab ira inter condiciones pacis interfectae sta-
tionis, ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates at- 2
que Epicydes postquam capi muros refringique portas videre,
in arcem sese cum paucis recepere; inde clam nocte Herbesum
perfugiunt. Syracusanis octo milium armatorum agmine pro- 3
fectis domo ad Mylan flumen nuntius occurrit captam urbem
esse, cetera falsa mixta veris ferens: caedem promiscuam mi- 4
litum atque oppidanorum factam, nec quicquam puberum ar-

7. *regibus*] näml. denen von Syrakus.

9. *eximendum*] von den Syrak. und Römern, *non accipiendum* 'abgelehnt' w. von den Leontinern.

12. *secum foedere*] ist eng zusammenzunehmen 'das mit ihnen bestehende B.', vgl. zu 3, 1.

sicut pax convenisset] natürlicher wäre *sicut convenisset* ohne *pax;* nun erhält *sicut* die Bedeutung von 'unter welcher Bedingung'.

30. Leontini von Marcellus erobert. Ein syrakusanisches Hülfscorps wendet sich gegen Herbesus, wohin Hippokrates und Epikydes sich geflüchtet haben.

1. *ab ira*] s. zu 24, 5.

condiciones pacis] sind hier die Friedensunterhandlungen.

2. *videre — recepere*] ist ein bei L. nicht häufiger Reim, doch ebenso 36, 4. 41, 4; gewöhnlich wechselt er zwischen *ere* u. *erunt* od. *ere* u. Praes. hist. od. in anderer Weise. Verschieden 30, 14, wo *orare* Inf. ist.

clam nocte] Gegensatz *luce palam* (22, 24, 6).

3. *agmine*] hier mit Gen., die Begleitung ausdrückend, oft auch allein 'im Zuge' wie 22, 30, 1 *agmine incedentes*.

Mylan] dieser Fluss, wie die Stadt Herbesus, auf dem Wege von Syrakus nach Leontini.

4. *quicquam puberum*] ähnlich oft z. B. 23, 9, 3 *quidquid deorum est*; vgl. zu 31, 8.

bitrari superesse; direptam urbem, bona locupletium **donata.**
5 ad nuntium tam atrocem constitit agmen, concitatisque **omni**bus duces — erant autem Sosis ac Dinomenes —, quid **age**-
6 rent, consultabant. terroris speciem haud vanam **mendacio** praebuerant verberati ac securi percussi transfugae, **ad duo**
7 milia hominum; ceterum Leontinorum militumque aliorum **nemo** post captam urbem violatus fuerat, suaque omnia eis, nisi quae primus tumultus captae urbis absumpserat, restituebanbantur. nec ut Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem **nun**-
9 tium expectarent. cum ad defectionem inclinatos animos cernerent praetores, sed eum motum haud diuturnum fore, si
10 duces amentiae sublati essent, exercitum ducunt Megara, ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur spe territis om-
11 nibus per proditionem urbis potiundae. quod ubi frustra eis fuit inceptum, vi agendum rati postero die Megaris castra
12 movent, ut Herbesum omnibus copiis oppugnarent. Hippocrates et Epicydes, non tam tutum prima specie quam unum spe undique abscisa consilium esse rati, ut se militibus permitterent et adsuetis magna ex parte sibi et tum fama caedis com-
13 militonum accensis, obviam agmini procedunt. prima forte signa sescentorum Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant sub eis et Hannibalis beneficium habebant, capti
14 ad Trasumennum inter Romanorum auxilia dimissique. quos ubi ex signis armorumque habitu cognovere, Hippocrates

donata] die Ellipse des aus dem Zusammenhange zu ergänzenden Dativs nähert das absolute Verbum *donare* hier unserem 'verschenken'. Solche Auslassungen sind bei L. häufig; z. B. 31, 2 *pervasit rumor* 'verbreitete sich' d. G., eigentlich *ordines pervasit r.* (wie 39, 8). **30**, 30, 20 *nusquam minus quam in bello eventus respondent:* 'entsprechen der Erwartung'.

5. *ad nuntium*] s. zu 14, 9.

6. *terroris speciem haud vanam*] das Adj. *vanam* hat sich an *speciem* angeschlossen, weil *terroris speciem* als ein Begriff zu nehmen ist; genauer hätte sich L. ausgedrückt, wenn er gesagt hätte: *terroris haud vani speciem;* wir mit Vertauschung der Redetheile: 'Schein schrecklicher Wahrheit'.

7. *sua*] steht auch in Beziehung auf einen obliquen Casus oder überhaupt auf den Besitzer, dem etwas als Eigenthum zugehört; z. B. 3, 9 *circumsedente cum Bruttiis eos etiam plebe sua.* **25**, 24, 13 *quae virtus ei fortunaque sua dederat.*

8. *proditos ad*] vgl. **26**, 12, 11 *se quoque in omnis cruciatus proditos incusabant.*

9. *fore*] zu *fore* ist aus *cernerent* ein *intellegerent* oder schwächer *putarent* zu ergänzen.

11. *frustra fuit*] war 'erfolglos'. Vgl. Sall. Jug. 93, 1 *trahere cum animo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat*; auch 61, 1 *videt frustra inceptum* ist *inceptum* Subst.

Megaris] s. zu 12, 3.

12. *spe abscisa*] vgl. 31, 12 *spem praecidere.*

consilium ut] ist eine bei Liv. (und Cicero) nicht seltene Construction; so auch nach *c. capere,* z. B. **25**, 34, 7 *temerarium cepit consilium, ut nocte Indebili obviam iret.*

13. *beneficium habebant*] waren im Besitz einer W.; wir: 'hatten ihm zu danken'.

atque Epicydes ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese, receptos tutarentur neu proderent Syracusanis, a quibus ipsi mox trucidandi populo Romano dederentur. enimvero conclamant, bonum ut animum 31
haberent: omnem se cum illis fortunam subituros. inter hoc 2
conloquium signa constiterant, tenebaturque agmen; necdum, quae morae causa foret, pervenerat ad duces. postquam Hippocraten atque Epicyden *adesse* pervasit rumor, fremitusque toto agmine erat haud dubie adprobantium adventum eorum, extemplo praetores citatis equis ad prima signa perrexerunt.
qui mos ille, quae licentia Cretensium esset rogitantes conlo- 3
quia serendi cum hoste iniussuque praetorum miscendi eos agmini suo, conprehendi inicique catenas iusserunt Hippocrati.
ad quam vocem tantus extemplo primum a Cretensibus clamor 4
est ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tenderent, appareret eis timendum esse. solliciti incertique rerum 5
suarum Megara, unde profecti erant, referri signa iubent nun-

14. *velamenta*] wollene Binden, mit denen Hülfeflehende ihre Hände oder die Oelzweige, die sie nach griech. Sitte trugen, umwanden. Vgl. Cic. in Verr. 4 § 110 *praesto sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.*

a quibus dederentur] *dederentur* steht ungenau für den Conj. Fut., welchen L. auch sonst (z. B. nach *non dubito quin*) nicht selten, um die ungebräuchliche Umschreibung zu umgehen, mit dem Conj. Impf. wiedergiebt (ähnlich 22, 14 *trucidarentur*); hier wird die Zukunft ausserdem durch *mox* angedeutet.

31. Hippokrates und Epikydes gewinnen das Corps der Syrakusaner für sich.

1. *enimvero*] 'ja wahrhaftig' d. h. jenen beiden glückte ihr Plan, den L. vorher als einziges Rettungsmittel bezeichnet hatte.

2. *pervenerat*] 'es war durchgedrungen' sagen auch wir, eig. aber ist, wie bei *pervasit* in der folgenden Zeile, *rumor* zu denken,

pervasit] s. zu 30, 4 *donata.*

erat] s. zu 1, 6.

fremitus adprobantium] 'Geschrei der Freude über' oder 'ein willkommen heissendes Geschrei'. Der Gen. Plur. des Part. Praes. vertritt oft ein abstractes Subst. der deutschen Sprache; vgl. 22, 5, 4 *paventium clamores* 'Geschrei der Angst'. 23, 22, 7 *fremitus indignantium* 'dumpfe Aeusserungen der Entrüstung'. 22, 43, 3 *initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuit exposcentium stipendium debitum querentiumque annonam primo, postremo famem.* Sagt daher L. 1, 6, 2 *secuta ex omni multitudine consentiens vox,* so wäre auch hier *consentientium vox* das gewöhnlichere gewesen (aber es klang schlecht). Ein solches Part. im Dat. s. 37, 2.

3. *mos*] da *licentia* eine Steigerung des vorhergehenden *mos* bezeichnet, so muss dies mit 'Unsitte' übersetzt werden.

rogitantes] s. zu 21, 8.

conprehendi] hierzu ist auch nur *Hippocratem* zu denken; vgl. zu 24, 1.

4. *exceptus*] 'aufgenommen' d. i. 'fortgesetzt'; gewöhnlicher wird dies *excipere* activisch angewandt 5, 42, 6 *nox diem excepit* ('folgte auf') 6, 33, 11 *tollitur clamor ab Tusculanis; excipit maior ab exercitu R.* 25, 23, 8 *alia spes, postquam haec vana evaserat, excepit* (ohne Obj. 'stellte sich in der Folge ein') u. a. m.

5. *incertus*] mit Gen. s. zu 24, 9.

6 tiosque de statu praesenti Syracusas mittunt. fraudem quoque
Hippocrates addit inclinatis ad omnem suspicionem animis et
Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis velut inter-
7 ceptas litteras, quas ipse composuerat, recitat: 'praetores Sy-
racusani consuli Marcello'. secundum salutem, ut adsolet,
scriptum erat recte eum atque ordine fecisse, quod in Leonti-
8 nis nulli pepercisset. sed omnium mercennariorum militum
eandem esse causam, nec umquam Syracusas quieturas, donec
quicquam externorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu
9 suo esset. itaque daret operam, ut eos, qui cum suis praeto-
ribus castra ad Megara haberent, in suam potestatem redigeret
10 ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. haec cum re-
citata essent, cum tanto clamore ad arma discursum est, ut
11 praetores inter tumultum pavidi abequitaverint Syracusas. et
ne fuga quidem eorum seditio conpressa est, impetusque in
Syracusanos milites fiebant; nec ab ullo temperatum foret, ni
Epicydes atque Hippocrates irae multitudinis obviam issent,
12 non a misericordia aut humano consilio, sed ne spem reditus
praeciderent sibi, et cum ipsos simul milites fidos haberent

6. *et*] ist explicativ 'und zwar'.

addit] nämlich zu dem bisher erlangten Erfolge; der Umstand, welcher im folgenden Abl. abs. ausgedrückt ist, macht ihn kühn.

velut] 'angeblich', eig. 'gleich als wenn er — wäre', was er aber, wie der Relativsatz angiebt, thatsächlich nicht war.

7. *ut adsolet*] wird von L. vorzugsweise bei Angabe von Opfern, religiösen Gebräuchen und Festen gesetzt und kennzeichnet sich so als ein alterthümlicher Sacralausdruck. Hier ist *ut adsolet* ungewöhnlich, man erwartete: *ut solet, ut fit* oder drgl., doch soll augenscheinlich damit auf eine durch den langen Gebrauch festbegründete, gewissermassen unantastbare Formel hingewiesen werden.

recte atque ordine] ist die Formel, mit welcher Handlungen und Anordnungen Jemandes von Seiten einer Behörde (namentlich des Senats) gutgeheissen werden; z. B. 30, 42, 9 *Scipionem recte atque ordine fecisse videri et facere, quod eos in vinclis habeat.*

8. *mercennariorum mil.*] s. zu 16, 6.

causam] s. zu 21, 1.

nec umquam] ganz ähnlich 21, 10, 3 *nec umquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura Romana foedera.* Wegen *quicquam* 'im Geringsten etwas' vgl. u. a. 4, 60, 1 *effectum esse fatentur, ut nemo, donec quicquam virium superesset, sanguini suo parceret.*

9. *suis*] ihren syrakus. Führern Sosis und Dinomenes.

10. *abequitaverint*] das Verbum ist ἅπ. εἰρ. im Latein.

11. *et*] s. zu 27, 7.

impetusque] wegen *que* s. zu 13, 5.

temperatum] *temp.* construiert Liv. in der Bedeutung 'schonen' (*parcere*) mit Dat., in der Bedeutung 'sich enthalten' (*abstinere*) mit der Präp. *a.* Wie dies bei Personen = *parcere* ist, so sagt L. umgekehrt einmal (25, 25, 6) *ut a caedibus parceretur* (ebd. § 9 *a caedibus temperatum est*). Im Passiv vertritt *temperatum est* regelmässig die Perfectformen des Verbum *parcere.*

12. *a misericordia*] s. zu 24, 5.

et cum ipsos] die vorhergehende Finalpart. *ne* erstreckt ihre Kraft in positivem Sinne auch auf diesen Satz.

simul obsides, tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto 13
merito primum, dein pignore sibi conciliarent. expertique, 14
quam vana aut levi aura mobile volgus esset, militem nancti
ex eo numero, qui in Leontinis circumsessi erant, subornant,
ut Syracusas perferret nuntium convenientem eis, quae ad
Mylan falso nuntiata erant, auctoremque se exhibendo ac velut 15
visa, quae dubia erant, narrando concitaret iras hominum.

Huic non apud volgum modo fides fuit, sed senatum quo- 32
que in curiam introductus movit. haud vani quidam homines
palam ferre perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et
crudelitatem Romanorum. eadem, si intrassent Syracusas, aut
foediora etiam, quo maius ibi avaritiae praemium esset, factu-
ros fuisse. itaque claudendas cuncti portas et custodiendam 2
urbem censere. sed non ab iisdem omnes timere nec eosdem
odisse: ad militare genus omne partemque magnam plebis in-
visum esse nomen Romanum; praetores optimatiumque pauci, 3
quamquam inflati vano nuntio erant, tamen ad propius prae-
sentiusque malum cautiores esse. et iam ad hexapylum erant 4

13. *pignore*] zum Gedanken ist 1, 7 zu vergleichen.

14. *aura*] eig. Anwehen, Zuwehen, 'Einwirkung'; in der häufigen Verbindung *aura popularis*, die selbst *mobilis* ist, die 'Volksgunst'.

mobilis] 'leicht zu bewegen', wie 37, 2 *inexpugnabilis;* 34, 5 *inhabilis* 'schwer zu handhaben' (Gegensatz **22**, 46, 5 *gladii brevitate habiles*) und andere Adjectiva auf *bilis* mit passiver Bedeutung oft bei L.

ex eo numero] = *ex eorum numero* (47, 13); so sehr oft, z. B. **26**, 1, 8 *dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem.*

32—33, 9. Ueberrumpelung von Syrakus. Die punische Partei am Staatsruder. Offener Bruch mit Rom.

1. *vanus*] ist als Eigenschaft des Menschen oft 'wankelmüthig' (45, 3), *haud vanus* 'charakterfest'; hier: 'einige sonst ch'., anders 35, 5.

palam ferre] ist eine häufige Verbindung bei L., Cic. *aperte ferre* 'laut erklären'; *ferre* als Verb. dic. überhaupt bei L. beliebt.

perbene detectam] die Verbindung des Adj. mit dem Verbum erspart dem Schriftsteller einen besonderen, das im Adv. liegende Urtheil aussprechenden Satz: 'es sei sehr gut (ein grosses Glück), dass . .'; vgl. **30**, 15, 7 *nuntia melius me morituram fuisse, si* . . **35**, 49, 11 *male crediderunt regiae vanitati* u. so oft bei L.

2. *non ab iisdem omnes timere*] näml. nicht alle vor den Römern; zur Constr. vgl. 38, 9 *ne quid ab Himilcone timeri possit;* (**23**, 36, 1 *ab Hannibale metuens*); ebenso beim Subst. **45**, 26, 7 *cum maior a Romanis metus timorem a principibus suis vicisset.*

militare genus] = *militares homines*, wie L. **42**, 33, 3 sagt (vgl. 23, 10); ebenso **34**, 27, 9 *hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus,* wofür sonst (z. B. **25**, 1, 4) *agrestes* allein steht.

invisum ad genus omne] statt des Dat. oder *apud;* s. zu 13, 11.

3. *inflatus*] eig. 'aufgeblasen' wie 6, 8. 22, 8, hier ungewöhnlich im Sinne von *incitati, inflammati;* wir sagen wegen *vano nuntio* 'irre geleitet', vgl. **6**, 11, 6 *his opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et inpotens.*

praesentius] 'drohender'.

4. *et*] 'und wirklich, und in der

Hippocrates atque Epicydes, serebanturque conloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent sinerentque communem patriam defendi ab impetu Romano-
5 rum. iam unis foribus hexapyli apertis coepti erant recipi, cum praetores intervenerunt. et primo imperio minisque, deinde auctoritate deterrendo, postremo, ut omnia vana erant, obliti maiestatis precibus agebant, ne proderent patriam tyranni ante
6 satellitibus et tum corruptoribus exercitus. sed surdae ad omnia aures concitatae multitudinis erant, nec minore intus vi quam foris portae effringebantur, effractisque omnibus toto
7 hexapylo agmen receptum est. praetores in Achradinam cum iuventute popularium confugiunt. mercennarii milites perfugaeque et quidquid regiorum militum Syracusis erat agmen
8 hostium augent. ita Achradina quoque primo impetu capitur, praetorumque nisi qui inter tumultum effugerunt omnes interficiuntur. nox caedibus finem fecit. postero die servi ad pilleum vocati et carcere vincti emissi, confusaque haec omnis multitudo Hippocraten atque Epicyden creant praetores; Syracusaeque, cum breve tempus libertas adfulsisset, in antiquam servitutem reciderant.

33 Haec nuntiata cum essent Romanis, ex Leontinis mota
2 sunt extempło castra ad Syracusas. et ab Appio legati per

That'; gewöhnlich folgt in dieser Bedeutung sogleich das Verbum auf *et*, wie 34, 1.

popularium] s. zu 27, 2.

5. *hexapyli*] s. zu 21, 7.

foribus apertis] ist nicht Abl. abs.; s. § 6 und 25, 30, 8 *cum expositos milites porta recepisset Moericus;* vgl. zu 21, 7.

deterrendo] könnte ganz fehlen, denn mit *agebant* sind alle Ablat. zeugmatisch zu verbinden (vgl. 22, 18, 8 *non imperio modo, sed consilio etiam ac prope precibus agens cum magistro equitum*); das *det.* tritt zu *auct.* erklärend hinzu = *cum deterrerent* (Impf. de con.) wie 4, 9 *deponendo.*

ut vana erant] s. zu 1, 6.

ante satellitibus u. *tum corruptoribus*] s. zu 3, 1.

6. *ad*] wie § 3 *cautus ad* die Beziehung ausdrückend, in der das Adj. statt hat; vgl. 9, 7, 3 *fixi in terram oculi et surdae ad omnia solacia aures.*

7. *in Achradinam*] 23, 4 ohne die Präposition.

8. *praetorumque*] ist Gen. part. zu *nisi qui;* man sollte darnach 'blieb niemand am Leben' erwarten, wie zu *omnes* eig. *praetoresque* gehört hätte. Ebenso, wie hier, steht *nisi qui* bei posit. Hauptsatz 30, 7 *omnia eis nisi quae — absumpserat, restituebantur;* das gewöhnliche ist in diesem Fall *praeterquam* (oder *praeter*), wie 16, 5.

9. *creant*] s. zu 3, 15.

Syracusaeque] wegen *que* s. zu 13, 5.

antiquam] = *pristinam*, wie 3, 58, 1 *Claudius — antiquam in patriam se contulerat:* so in classischer Prosa selten.

servitutem] denn nun hatten sie zwei Strategen erwählt, welche nach der Ansicht des Livius ohne jedes Interesse für die Stadt nur ihren Zwecken nachgingen und wie die Tyrannen das Wohl der Regierten ihren Plänen opferten.

33. 2. *ab Appio*] vorangestellt, um den Namen zu betonen; *missi* ist mit *erant* zu verbinden.

portum missi forte in quinqueremi erant. praemissa quadriremis cum intrasset fauces portus, capitur; legati aegre effugerunt. et iam non modo pacis sed ne belli quidem iura relicta 3
erant, cum Romanus exercitus ad Olympium — Iovis id templum est — mille et quingentos passus ab urbe castra posuit. inde quoque legatos praemitti placuit; quibus, ne intrarent ur- 4
bem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum suis processerunt. Romanus orator non bellum se Syracusanis, 5
sed opem auxiliumque adferre ait et eis, qui ex media caede elapsi perfugerint ad se, et eis, qui metu oppressi foediorem non exilio solum sed etiam morte servitutem patiantur. nec 6
caedem nefandam sociorum inultam Romanos passuros: itaque si eis, qui ad se perfugerint, tutus in patriam reditus pateret, caedis auctores dedantur et libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse; si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos. ad ea Epicydes, si qua ad 7
se mandata haberent, responsum eis ait se daturos fuisse; cum in eorum, ad quos venerint, manu res Syracusana esset, tum reverterentur; si bello lacesserent, ipsa re intellecturos nequa- 8
quam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. ita legatis relictis portas clausit.

quinqueremi] welche in einiger Entfernung auf die *quadriremis* folgte, so dass die Gesandten noch rechtzeitig kehrt machen konnten. Penteren, Schiffe mit fünf Ruderreihen über einander, wurden zuerst vom Tyrannen Dionysios I. erbaut, waren aber schon im ersten punischen Kriege als Kriegsschiffe allgemein gebräuchlich.

fauces portus] wie 27, 8 *ostium portus* der Eingang vom grösseren Hafen in den kleineren, da sonst die Wegnahme des Schiffes wohl nicht so leicht gewesen wäre.

3. *belli iura*] insofern ein Angriff auf die Gesandten gemacht war.

relicta erant] sie waren 'übrig gelassen', waren 'unangetastet geblieben', waren 'beachtet worden'.

Olympium] auch in der Form *Ολυμπίειον* (nicht zu verwechseln mit dem Juppitertempel am Forum 21, 9), lag südlich vom Anapusfluss, 15 Stadien vom südlichen Rande der Stadt.

4. *inde quoque*] wie schon vorher aus dem Lager von Marcellus (29, 5) und von Appius (§ 2).

praemitti] 'voraus'-schicken, wie 7, 1.

5. *orator*] wird von L. sehr oft im Sinne von *legatus* gebraucht, zuweilen verschieden *orator* Unterhändler auf eigene Faust, *legatus* der officielle; hier ist *orator* der Sprecher der Gesandtschaft.

6. *et*] scheinbar an dritter Stelle, fügt vielmehr mit 'und so' an ein zweigliedriges Asyndeton einen neuen Gedanken an, s. zu 21, 3. Man beachte den Wechsel des Tempus in *pateret* und *dedantur*.

in mora esse] = *morae esse* = *impedimento esse;* so sagt L. nicht selten, wie überhaupt *mora* bei ihm oft trans. 'Verzögerung' heisst.

7. während der Gesandte so gesprochen hat, wie er vor dem Senat des Staates, an den er geschickt ist, hätte sprechen müssen, antwortet Epikydes im Namen der jetzt das Uebergewicht habenden punischen Partei (*se*) und weist daher alle Vorschläge kurz ab.

mandata haberent] im Sinne von (*a duce*) *accepissent*.

9 Inde terra marique simul coeptae oppugnari Syracusae, terra ab hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu adluitur. et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disiectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros, omnem apparatum oppugnandarum ur-
34 bium muris admoverunt. et habuisset tanto impetu coepta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset,
2 Archimedes. is erat unicus spectator caeli siderumque, mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus, *quicquid* hostes ingenti mole agerent, ipse
3 perlevi momento ludificaretur. muros per inaequalis ductos colles, pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam et quae planis vallibus adiri possent, *ut* cuique aptum visum est loco,
4 ita genere omni tormentorum instruxit. Achradinae murum, qui, ut ante dictum est, mari adluitur, sexaginta quinquere-
5 mibus Marcellus oppugnabat. ex ceteris navibus sagittarii

33, 9—34. Vergebliche Bestürmung von Syrakus.

9. *invasuros*] vgl. **4, 55, 4** *arcem Carventanam dilapsis ad praedam militibus, qui in praesidio erant, Aequos invasisse,* 'seien eingedrungen'.

disiectam] s. die Bem. im Anhang.

34. *et*] s. zu 32, 4.

fortunam] wie **27, 49, 4** *cum haud dubie fortuna hostium esset,* 'Erfolg'.

ea tempestate] = *ea aetate* oft bei L., z. B. **26, 32, 3** *cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello adiuta respublica esset.*

2. *unicus*] bei Liv. ganz gewöhnlich (vgl. § 13) = *praestantissimus, singularis,* auch ironisch wie unser 'einzig', z. B. **22, 14, 9** (u. **22, 27, 3**) *dictator unicus* ein Dictator ohne Gleichen; vereinzelt (u. dichterisch) in der Zahlbedeutung = *unus,* namentlich in der Verbindung mit *filius, filia* und *spes.* Der letztere Gebrauch dehnte sich später immer mehr aus und wurde schliesslich feststehend in der Sprache des täglichen Lebens, nachdem *unus* seine bestimmte Bedeutung eingebüsst und (wie noch jetzt im Französischen) zum unbestimmten Artikel geworden war.

moles] ist 'Kraftanstrengung' mit dem Nebenbegriff des Mühsamen u. Gefährlichen; so oft bei L. z. B. **25, 11, 17** *plaustris transveham naves haud magna mole.* Vgl. zu **46, 5.**

perlevi momento] *momentum* ist das die Bewegung (*movere*) der Wagschale und damit die Entscheidung herbeiführende; hier die Kraft, welche aber in solcher Verbindung immer eine unbedeutende und von kurzer Dauer ist. Vgl. **21, 43, 11** *incliti populi regesque perlevi momento victi sunt.*

ludificari] im Sinne von *eludere* (§ 12), wie **39, 44, 8** *submotis ab hasta (iis) qui ludificati priorem locationem erant.* Das Passiv dazu ist § 16 *ludibrio esse.*

3. *pleraque*] Attribut zu *colles,* schliesst den Begriff *loca* in sich, wie oft bei L. z. B. **21, 35, 4** *in iugum Alpium perventum est per invia pleraque;* ebd. § 7 *per omnia nive oppleta agmen incedit.*

5. *ex ceteris*] steht in Gegensatz zu *aliae* § 6, beides Theile der 60 Sch., als wenn L. gesagt hätte: *et ex ceteris quidem earum — aliae.* Uebrigens erwartete man *ex aliis — aliae;* als L. jedoch *ceteris* schrieb, schwebte ihm für das zweite Glied die bestimmte Zahl 8 vor; die Concinnität der Periode wurde durch *hi — tenebant naves* gestört.

funditoresque et velites etiam, quorum telum ad remittendum inhabile imperitis est, vix quemquam sine volnere consistere in muro patiebantur. hi, quia spatio missilibus opus est, procul 6
muro tenebant naves. iunctae aliae binae quinqueremes demptis interioribus remis, ut latus lateri adplicaretur, cum exteriore ordine remorum velut una navis agerentur, turres contabulatas 7
machinamentaque alia quatiendis muris portabant. adversus 8
hunc navalem apparatum Archimedes variae magnitudinis tormenta in muris disposuit. in eas, quae procul erant, navis saxa ingenti pondere emittebat, propiores levioribus eoque magis crebris petebat telis; postremo, ut sui volnere intacti 9
tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit, per quae cava pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. quae pro- 10
pius subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas tollenone super murum eminente ferrea manus, firmae catenae inligata, cum iniecta prorae esset gravique libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora navem in puppim statuebat; dein remissa subito velut ex muro cadentem 11
navem cum ingenti trepidatione nautarum ita undae adflige-

5. *velites*] werden hier u. bereits **23**, 29, 3 erwähnt, obgleich L. (**26**, 4, 4) die Einrichtung dieser Truppe erst im J. 211 stattfinden lässt, = Leichtbewaffnete.

telum] s. **26**, 4, 4 *eis parmae breviores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro.*

inhabile] wie **44**, 28, 11 *inhabile navium genus;* s. zu 31, 14.

6. *iunctae*] dass die *iunctae quinq.* näher an die Mauern heranfuhren, was schon aus *procul muro* hervorgeht, sagt L. erst § 8.

7. *quatiendis*] ist Dat. des Zwecks, wie *comitia praetoribus creandis* u. a.; vgl. 40, 15, wo von verschiedenen Verben abhängig der Zweck einmal durch den Dat. und nahe dabei durch *ad* ausgedrückt ist.

machinamentum] nur hier bei L.

9. *volnere*] s. zu 7, 5.

cubitalibus] Adj. auf *alis* verwendet L. viel; zum Theil entlehnt er sie der Dichtersprache, andere sind Neubildungen von ihm, so dies *cubitalis*, ferner **21**, 26, 8 *vicinalis* und **44**, 46, 7 *intermuralis.* Von den hier beschriebenen Schiessscharten hat sich L. offenbar keine klare Vorstellung gemacht. Polybios giebt dieselben so an: von Mannshöhe (dafür L. *ab imo ad summum*), von Ellenweite nach innen, von Handweite nach aussen; hierfür L. einfach 'ellenbreite', was der Wirklichkeit nicht entsprochen haben kann).

9. *per quae cava*] s. zu 37, 2.

scorpiones] später *manuballistae* geheissen, gehörten zu den Schleuderapparaten; *modicis,* weil es nach **26**, 47, 6 *scorpiones maiores* und *minores* gab.

10. *interiores ictibus*] eig. 'mehr nach innen als die Schüsse (reichten)' = 'vor die Schusslinie' kommen; vgl. 7, 10, 10 *toto corpore interior periculo vulneris factus.*

in eas] gehört zu *iniecta;* L aber verlässt die angefangene Constr., weil ihm der specielle Theil des Schiffes, der von dem Haken erfasst wird, vorschwebt.

11. *remissa*] losgelassen; die Kette wird plötzlich gelockert.

ex muro] L. verbindet *cadere* mit dem blossen Abl., mit *de* u. mit *ex.*

undae] ein poet. Ausdruck für *mari* unter Andeutung des Bewegtseins desselben.

bat, ut, etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acciperet.
12 ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque spes eo versa,
13 ut totis viribus terra adgrederentur. sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat Hieronis inpensis
14 curaque per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuvabat loci, quod saxum, cui inposita muri fundamenta sunt, magna parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam quae pondere suo provoluta essent, gra-
15 viter in hostem incidérent. eadem causa ad subeundum ar-
16 duum aditum instabilemque ingressum praebebat. ita consilio habito, quoniam omnis conatus ludibrio esset, absistere oppugnatione atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.

35 Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quae in motu rerum ad Carthaginienses defecerant, Helorum atque Herbesum dedentibus ipsis
2 recipit, Megara vi capta diruit ac diripuit ad reliquorum ac
3 maxime Syracusanorum terrorem. per idem fere tempus et Himilco, qui ad Pachyni promunturium classem diu tenuerat, ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque et viginti milia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit, nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem;
4 sed postquam ab Hippocrate occupatae Syracusae erant, pro-

12. *terra*] 'zu Lande', Gegensatz *mari* 'zu Wasser', beide oft verbunden; *in terra* 'auf dem Lande', Gegensatz *in mari;* vgl. 22, 19, 1 *terra marique coeptum bellum est.* ebd. § 4 *minus terra concurrere ausus classe ire obviam hosti pergit.* ebd. § 7 *tumultus prius in terra et castris quam ad mare et ad naves est ortus.*

14. *magna parte*] ist selten, häufiger *ex magna parte,* gewöhnlich *magna ex parte* bei L.

15. *subire*] 'hinanklimmen'.

16. *arcere*] constr. wie *prohibere,* vgl. 42, 6, 2 *vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum;* anders 26, 20, 7 *classis accita ad arcendos commeatus praesidii Romani.*

oppugnatione] von *obsid.* verschieden; die Bestürmung hat 8 Monate gedauert.

35—36. Die Einschliessung von Syrakus dauert fort. Punier und Römer operieren gegen einander mit geringem Erfolg.

1. *in motu rerum*] s. zu 28, 1.

ipsis] ebenso 36, 10: die Einwohner. Vgl. 44, 7, 5 *Agassas urbem tradentibus sese ipsis recepit.*

3. *Pachyni*] s. zu 12, 4.

ad P. pr. classem tenuerat] s. 27, 7. Nicht zu verwechseln ist *ad P. pr. classe tenere* = 'lossteuern auf', wofür L. auch *classis ad P. pr. cursum tenet* oder *classis Carthaginem tenet* sagt.

nequaquam cum quantis] ist verkürzter Ausdruck statt *neq. tantas copias, cum quantis ante tenuerat.* Dies *tantas copias* (hier, wie oft, = *tantulas,* was L. nicht gebraucht) ist die Apposition zu den vorhergehenden Accusativen.

4. *sed*] man erwartete *nam;* jenes ergab sich dem Schriftsteller als erklärender Gegensatz zu der kurz vorhergehenden Negation.

postquam occupatae erant] die Dauer bezeichnend, 'seitdem' (s. zu 1, 6) = *in potestate erant;* vgl. 36, 8.

fectus Carthaginem adiutusque ibi et ab legatis Hippocratis
et litteris Hannibalis, qui venisse tempus aiebat Siciliae per
summum decus repetendae, et ipse haud vanus praesens mo- 5
nitor facile perpulerat, ut quantae maximae possent peditum
equitumque copiae in Siciliam traicerentur. adveniens Hera- 6
cliam intra paucos inde dies Agrigentum recepit; aliarumque
civitatium, quae partis Carthaginiensium erant, adeo accensae
sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo etiam
qui obsidebantur Syracusis animos sustulerint. et parte copia- 7
rum satis defendi urbem posse rati ita inter se munera belli
partiti sunt, ut Epicydes praeesset custodiae urbis, Hippocrates
Himilconi coniunctus bellum adversus consulem Romanum ge-
reret. cum decem milibus peditum, quingentis equitibus nocte 8
per intermissa custodiis loca profectus castra circa Acrillas
urbem ponebat. munientibus supervenit Marcellus ab Agri- 9
gento iam occupato, cum frustra eo praevenire hostem festi-
nans tetendisset, rediens, nihil minus ratus quam illo tempore
ac loco Syracusanum sibi exercitum obvium fore; sed tamen 10
metu Himilconis Poenorumque, ut quibus nequaquam eis copiis,
quas habebat, par esset, quam poterat maxime intentus atque
agmine ad omnes casus composito ibat. forte ea cura, quae 36
adversus Poenos praeparata *erat*, adversus Siculos usui fuit.
castris ponendis incompositos ac dispersos nanctus eos et ple-
rosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit; eques levi cer-
tamine inito cum Hippocrate Acras perfugit.

Ea pugna deficientes ab Romanis cum cohibuisset Siculos, 2
Marcellus Syracusas rediit; et post paucos dies Himilco
adiuncto Hippocrate ad flumen Anapum, octo ferme inde milia,

5. *haud vanus praesens monitor*] die in die Mitte gestellte Apposition ist begründend: ein *haud vanus*, 'weil' *praesens monitor*.

quantae maximae] s. zu 21, 4.

6. *Heracliam*] s. zu 26, 1.

7. *et*] 'und daher'; vgl. **21**, 24, 3 *conloqui se cum illis velle, et illi propius accederent.*

8. *intermissa custodiis loca*] wie 46, 1 *partem neglectam custodia;* auch ohne den Zusatz *custodiis* z. B. **34**, 37, 8 *per intermissa moenia urbem intrarunt.*

Acrillas] in der Nähe von Acrae.

9. die vielen Part. machen den Satz schwerfällig und überladen; *rediens* u. *festinans* (concessiv) werden am besten durch Subst. wiedergegeben.

36. 1. *castris ponendis*] ist causaler, eig. absoluter Abl. 'in Folge', verschieden von *in castris pon.*, obgleich wir auch jenes mit 'bei' übersetzen können; so **25**, 30, 6 *partibus dividendis ipsi regio evenit ab Arethusa usque ad ostium portus.* **26**, 48, 2 (*cum*) *capienda urbe tantum laboris adissent* und oft.

circumvenit] das Umzingeln in feindlicher Absicht nimmt oft, wenn keine Rettung stattfindet, wie hier, die Bedeutung des Ueberwältigens an (vgl. 38, 1), z. B. **22**, 8, 1 *alia nuntiatur clades, quattuor milia equitum ab Hannibale circumventa.*

2. *deficientes*] *d.* 'im Abfall begriffen sein'; *cohibuisset*, wie die Folge zeigt, nur für den Augenblick.

3 castra posuit. sub idem forte tempus et naves longae quinque
et quinquaginta Carthaginiensium cum Bomilcare classis *prae-*
4 *fecto* in magnum portum Syracusas ex alto decurrere, et Ro-
mana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam
Panormi exposuere; versumque ab Italia bellum, adeo uterque
5 populus in Siciliam intentus fuit, videri poterat. legionem
Romanam, quae exposita Panormi erat, venientem Syracusas
praedae haud dubie sibi futuram Himilco ratus via decipitur:
6 mediterraneo namque Poenus itinere duxit, legio maritimis
locis classe prosequente ad Appium Claudium Pachynum cum
7 parte copiarum obviam progressum pervenit. nec diutius Poeni
ad Syracusas morati sunt; et Bomilcar simul parum fidens
navibus suis duplici facile numero classem habentibus Roma-
nis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam ino-
piam adgravari sociorum, velis in altum datis Africam trans-
8 misit, et Himilco secutus nequiquam Marcellum Syracusas, si
qua, priusquam maioribus copiis iungeretur, occasio pugnandi
esset, postquam ea nulla contigerat tutumque ad Syracusas
9 et munimento et viribus hostem cernebat, *ne* frustra adsidendo
spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde
movit, ut, quocumque vocasset defectionis ab Romano spes,
admoveret exercitum ac praesens suas res foventibus adderet
10 animos. Murgantiam primum prodito ab ipsis praesidio Ro-

castra] die 8000 Schritte beweisen, dass das Lager mehr nach dem Binnenlande, wohl nicht allzu fern von den Quellen des Flusses aufgeschlagen war.

3. *sub idem forte tempus*] wie 23, 41, 10 *per eosdem forte dies* u. 24, 35, 3 *per idem fere tempus.*

cum Bomilcare] s. zu 20, 1.

Syracusas] s. zu 23, 8.

4. *legionem primam*] von den ausgehobenen Legionen befehligten die ersten der Zahl nach stets die Consuln, also im J. 214 die erste bis vierte; diese wurden an beide Consuln durch das Loos vertheilt. Demnach hat Marc. eine seiner Legionen nachkommen lassen.

exposuere] nach dem Sinne construiert, als wenn *Romani* vorangegangen wäre. Wegen der Endung, die mit *decurrere* reimt, s. zu 30, 2.

versum ab Italia] zuweilen noch mit weiterer Angabe der Richtung Wohin?, z. B. 23, 26, 6 *in eam gentem versum ab Romanis bellum est.*

6. *namque*] an zweiter Stelle, ein Gebrauch, der, von Liv. angebahnt, bei den lateinischen Historikern später gewöhnlich wird.

duxit] abs., wie sehr oft bei L.

maritimis locis] ein Abl., der den Ort angiebt, auf welchem sich eine Bewegung vollzieht. Vgl. zu 21, 7.

7. *nihil aliud quam*] adverbial = 'nur', ist häufig bei L.; Cicero sagt dafür stets *nihil aliud nisi,* was sich bei L. nur vereinzelt findet.

transmisit] der bei L. gewöhnliche Ausdruck für das Uebersetzen über das Meer.

8. *nulla*] stärker als *non* 'in keiner Weise oder Beziehung', ähnlich 44, 4 u. 8; vgl. 32, 35, 2 *Philippus nullus usquam* 'nirgends eine Spur von Ph.'

9. *adsidendo*] schliesst den Begriff der Unthätigkeit in sich, wie auch das Simplex, dem übrigens *segnis* oft beigefügt wird; s. 21, 25, 6 *cum gens segnis intactis adsideret muris.*

10. *ipsis*] s. zu 35, 1.

mano recipit, ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti erant Romanis.

Ad hanc defectionem erecti sunt et aliarum civitatium 37
animi, praesidiaque Romana aut pellebantur arcibus aut prodita per fraudem opprimebantur. Henna, excelso loco ac 2
praerupto undique sita, cum loco inexpugnabilis erat, tum praesidium in arce validum praefectumque praesidii haud sane opportunum insidiantibus habebat. L. Pinarius erat, vir acer 3
et qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum reponeret. et tum intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditae proditiones defectionesque urbium et clades praesidiorum. itaque *die ac* nocte iuxta parata instructaque omnia 4
custodiis ac vigiliis erant, nec ab armis aut loco suo miles abscedebat. quod ubi Hennensium principes iam pacti cum 5
Himilcone de proditione praesidii animadverterunt nulli occasioni fraudis Romanum patere, vi rati agendum urbem arcem- 6
que suae potestatis aiunt debere esse, si liberi in societatem,

Romanis] ist Dativ, der mit *erant* zu verbinden ist; stände es für *a Romanis*, so müsste es vorher *quo* statt *ubi* heissen. Vgl. **22**, 20, 6 *ubi vis magna sparti erat, ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale* und **21**, 48, 9 *Clastidium, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani.*

37—39. Ereignisse in Henna.

1. *erecti*] gewöhnlich mit dem Zusatz *ad* oder *in aliquid*, oft mit *expectatione* verbunden; absolut, wie hier, auch **23**, 45, 5 *cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret.*

2. *praesidium — praefectumque praesidii*] das Substantiv wiederholt statt des Pronomens (auch **26**, 39, 1 *praesidium, quod ibi erat, Romanum praefectusque praesidii atque arcis M. Livius*): eine Nachwirkung des alten Curialstiles, in welchem durch Fülle des Ausdrucks der Undeutlichkeit oder Zweideutigkeit vorgebeugt wurde, z. B. **21**, 17, 4: *latum inde ad populum, vellent iuberent populo Carthaginiensi bellum indici; eiusque belli causa supplicatio per urbem habita atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus iussisset.* Andererseits erhält das wiederholte Substantivum einen besonderen Nachdruck, wie **10**, 13, 6 *laboribus laborumque praemiis;* dies liebt L. sehr, hauptsächlich hinter dem Relativpronomen; s. 34, 9.

opportunum] vgl. **30**, 4, 3 *morem simul noscerent stationum vigiliarumque, nocte an interdiu opportuniores insidianti essent. insidiantibus* geben wir durch das Abstractum wieder, s. zu 31, 2.

3. *Pinarius erat*] gewöhnlicher sagt Liv. *is P. erat;* jenes ist beibehalten aus der bei L. beliebten Form der Parenthese, wie **23**, 15, 2 *postquam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit — Silanus erat ab Neapolitanis accitus — petit Nuceriam.*

plus reponere in] 'mehr Gewicht auf etwas legen',

intenderant eum ad curam] ebenso **21**, 49, 7 *suos ad curam custodiae intendere;* wird die Sorgfalt vom Subj. geübt, so heisst es z. B. **25**, 9, 7 *in cetera ab eo intenta cura est.*

defectiones] Plural wegen *urbium*, wie 39, 7.

4. *iuxta*] s. zu 20, 13.

5. *quod ubi*] s. zu 15, 5.

patere] vgl. **31**, 39, 12 *in patentem vulneri equum equitemque sagittas conicere poterat* = 'offenen Zugang haben, zugänglich sein'.

6. *suae potestatis esse*] vgl. **25**, 29, 4 *nostri arbitrii sumus* 'wir

7 non servi in custodiam traditi essent Romanis. itaque claves portarum reddi sibi aequom censent: bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse, et ita sibi populum Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes ac non coacti mansis-
8 sent in amicitia. ad ea Romanus se in praesidio impositum esse dicere ab imperatore suo clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium ar-
9 bitrio haberet, sed eius qui commisisset. praesidio decedere apud Romanos capital esse, et nece liberorum etiam suorum eam *noxiam* parentes sanxisse. consulem Marcellum haud procul esse: ad eum mitterent legatos, cuius iuris atque arbitrii
10 *res* esset. se vero negare illi missuros testarique, si verbis nihil agerent, vindictam aliquam libertatis suae quaesituros.
11 tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium, ut sciretur, utrum paucorum ea denuntiatio an universae civitatis esset. consensa in posterum diem contio.

38 Postquam ab eo conloquio in arcem sese recepit, convocatis suis 'credo ego vos audisse, milites', inquit, 'quem ad modum praesidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa

haben das Recht der Selbstbestimmung über uns'. Dieselbe hört auf, wenn man unterworfen *in potestatem alicuius redigitur* oder *in potestate al. est;* vgl. zu 1, 1.

traditi essent] passt eig. nur zum letzten *servi in c.* und es könnte daher zu *lib. in s.* etwa *venissent* gedacht werden; einfacher aber ist es, die passive Form im reflexiven Sinne zu nehmen, wie z. B. 36, 4 *versum* (*esse*) und sonst oft, z. B. ganz gewöhnlich *dedi*.

7. *p. R. senatumque*] ungewöhnliche Stellung, bei welcher die beiden sonst einen Gesammtbegriff bezeichnenden Ausdrücke einzeln betont werden.

gratias habiturum] die classische Prosa gebraucht *gratias* (*grates*) *agere, gratiam habere* und *referre,* der Plur. *gratias* bei *habere* nur in Verbindung mit *agere* (z. B. 23, 11, 12 *grates deis inmortalibus agi haberique*). Der Ausdruck an unserer Stelle ist also auffallend.

ita — si] s. zu 16, 13.

8. *in praesidio impositum*] s. zu 19, 5.

quae haberet] eig.: (beides) Dinge, die er in seiner Gewalt haben und besitzen sollte, oder: 'um beides — zu —'

9. *praesidio decedere*] vgl. zu 14, 7.

arbitrii res esset] vgl. 39, 2.

10. *vindictam*] hier Mittel zur Beschützung wegen *quaerere,* sonst die Beschützung, Vertheidigung selbst, z. B. 34, 49, 3 *civitas in ipsa vindicta libertatis peribit.*

11. *at illi*] müsste dem sonstigen Sprachgebrauch des L. gemäss vor *sibi saltem,* also hinter dem Condicionalsatz stehen: *si — gravarentur,* so sollten sie 'doch' (wenigstens) —; vgl. 3, 17, 3 *si vos urbis nulla cura tangit, at vos veremini deos vestros.*

11. *consensa contio*] ebenso 8, 6, 8 *consensit senatus bellum.* Diese Verbindung von *consentire* mit einem Objectssubstantivum ist dem L. eigenthümlich. Uebrigens sagt er sonst *consentire ad* oder *in aliquid.*

38. 1. *ab eo conloquio*] s. zu 22, 6.

credo ego vos] ein beliebter Redeanfang bei L., wie 21, 21, 3 *credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cernere* (auch Cic. beginnt seine Rede pro Sex. Rosc. Amer. mit: *credo ego vos, iudices, mirari*); andere Anfänge sind *scio ego, saepe ego, iam ego* u. a.

sint per hos dies. eam vos fraudem deum primo benignitate, 2
dein vestra ipsi virtute dies noctesque perstando ac pervigilando in armis vitastis. utinam relicum tempus nec patiendo infanda nec faciendo traduci posset. haec occulta in fraude 3
cautio est, qua usi adhuc sumus; cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt; quas simul tradiderimus, Carthaginiensium extemplo Henna erit, foediusque hic trucidabimur, quam Murgantiae praesidium interfectum est. noctem unam aegre ad consultandum sumpsi, qua vos 4
certiores periculi instantis facerem. orta luce contionem habituri sunt ad criminandum me concitandumque in vos populum. itaque crastino die aut vestro aut Hennensium sanguine 5
Henna inundabitur. nec praeoccupati spem ullam nec occupantes periculi quicquam habebitis. qui prior strinxerit ferrum, eius victoria erit. intenti ergo omnes armatique signum 6
expectabitis. ego in contione ero et tempus, quoad omnia instructa sint, loquendo altercandoque traham. cum toga si- 7
gnum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam invadite ac sternite omnia ferro et cavete quicquam supersit, cuius aut vis aut fraus timeri possit. vos, Ceres mater ac 8
Proserpina, precor, ceteri superi infernique di, qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae, non *in*ferendae fraudis causa hoc consilii capimus. pluribus vos, milites, hortarer, si cum ar- 9
matis dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem

2. *vestra ipsi virtute*] logisch genauer wäre *vestra ipsorum v.*, wie 1, 28, 4 *fuit, quod primum dis immortalibus gratias ageretis, deinde vestrae ipsorum virtuti;* aber Liv. pflegt auch in Fällen, wie dem vorliegenden, bei dem Possessivpronomen *ipse* auf den Nom. oder Acc. zu beziehen; s. zu 5, 10.

infanda] vgl. 39, 9 u. 23, 9, 5 *audeantur infanda* = *nefanda.*

traduci] vgl. 9, 3, 4 *his invicem sermonibus nox traducta est.*

3. *cui*] = *sed ei*, näml. *fraudi; succedit* s. zu 19, 6.

aperte] ist Gegensatz zu *fraude*, *propalam* zu *occulta:* chiastische Stellung; vgl. 25, 4 *palam atque aperte petitum regnum clam et dolo affectare conatus.*

5. *inundabitur*] s. zu 9, 6.

occupantes] (= dem Compos. *praeoccupantes*) wird hier ausnahmsweise absolut gebraucht, sonst mit einem Infinitiv verbunden.

eius victoria erit] sonst sagt Liv. *vict. est penes* oder *apud aliquem* oder 'der Sieg ist auf Seiten Jemandes', z. B. 1, 24, 2 *ibi imperium fore, unde victoria fuerit*, wo *unde* sich erklärt nach 45, 3.

6. *expectabitis*] imperativisch, wie alsbald darnach *invadite, sternite, cavete*; sonst gehört das Futurum als Imper. mehr der familiairen Sprechweise an.

toga] diese wurde im Quartier getragen, aber nur von den Chargierten, der gemeine Soldat trug den Kriegsmantel *(sagum).*

8. *Ceres ac Pros.*] s. 39, 8.

superi infernique] sonst auch z. B. 28, 22, 9 *se per deos superos inferosque orare ut . .*

lacus lucosque] s. zu 15, 4.

ita — si] s. zu 16, 13.

volentes propitii] s. zu 21, 10.

trucidabitis; et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Carthaginiensibus timeri possit'.

39 Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera claudendosque oppositi exitus; pars maxima super theatrum circaque, adsueti et ante
2 spectaculo contionum, consistunt. productus ad populum a magistratibus praefectus Romanus cum consulis de ea re ius
3 ac potestatem esse, non suam, et pleraque eadem, quae pridie, dixisset, et primo sensim ac plures reddere claves, dein iam una voce id omnes iuberent cunctantique et differenti ferociter minitarentur nec viderentur ultra vim ultimam dilaturi, tum
4 praefectus toga signum, ut convenerat, dedit, militesque intenti dudum ac parati alii superne *in* aversam contionem clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsi-
5 stunt. caeduntur Hennenses cavea inclusi coacervanturque non caede solum sed etiam fuga, cum *alii* super aliorum capita ruerent et integri sauciis, vivi mortuis incidentes cumu-
6 larentur. inde passim discurritur et urbis captae modo fugaque et caedes omnia tenet nihilo remissiore militum ira, quod turbam inermem caedebant, quam si periculum par et ardor

9. *trucidabitis*] 'abschlachten', besonders vom Vieh gesagt oder mit dem Zusatz *pecorum modo*.

in propinquo] es ist anzunehmen, dass Himilko und Hipp. ihre Route auf Henna nahmen u Marc. ihnen folgte; denn nach 39, 10 besetzt Hipp. Murgantia, das sich dem Himilko ergeben hatte, und dieser selbst geht nach Agrigent, während Marc. zur Belagerung von Syrakus zurückkehrt.

39. 1. *ab hac adhortatione*] s. zu 22, 6.

corpora curant] näml. *cibo*.

obsidenda] in dieser Verbindung gleichbedeutend mit *insidere;* s. 40, 9 und **25**, 13, 2 *priusquam viae omnes hostium praesidiis insiderentur*.

oppositi] absolut und daher wie das Simplex zu übersetzen; vgl. **26**, 44, 2 *duo milia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit* und sonst oft.

theatrum] die Versammlung fand (wie bei Griechen gewöhnlich) im Theater statt, und die Soldaten befanden sich grösstentheils oben auf dem Zuschauerraum; daher § 4 *superne decurrunt* und *in aversam c.*, weil Pinarius von der Orchestra aus zu den Hennensern spricht.

circaque] so Liv. oft bei Präp., welche auch als Adv. angewandt werden; sonst mit Wiederholung des Subst. wie *ante signa et post signa*, *pro Scipione et adversus Scipionem* u. s. w.

spectaculum] mit Gen. bezeichnet oft Zuschauer sein bei einer Sache, als Zuschauer einer Sache beiwohnen, z. B. **23**, 47, 3 *Romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant*.

3. *sensim ac plures*] 'ganz merklich und zu mehreren' (riefen sie).

reddere] ohne beigefügten Subj.-Acc., der sich leicht ergänzt, findet sich öfter bei Livius z. B. **25**, 10, 6 *Tarentinos sine armis convocare iubet*.

6. *modo*] 'nach Art', ein bei Liv. häufiger Abl. modi in Verbindung mit einem Gen.

fugaque et caedes] vgl. **23**, 26, 8 *ad castra tumultus erat et per agros fugaque et caedes;* dies correspondierende *que — et* bei Livius ziemlich häufig, s. 47, 4.

certaminis eos inritaret. ita Henna aut malo aut necessario 7
facinore retenta.

Marcellus nec factum inprobavit et praedam Hennensium militibus concessit ratus timore deterritos *a* proditionibus praesidiorum Siculos. atque ea clades, ut urbis in media Sicilia 8
sitae claraeque vel ob insignem munimento naturali locum vel ob sacrata omnia vestigiis raptae quondam Proserpinae, prope uno die omnem Siciliam pervasit. et quia caede infanda re- 9
bantur non hominum tantum sed etiam deorum sedem violatam esse, tum vero etiam qui ante dubii fuerant defecere ad Poenos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agrigentum 10
sese recepit, cum acciti a proditoribus nequiquam ad Hennam exercitum admovissent. Marcellus retro in Leontinos redit 11
frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis praesidio modico ibi relicto ad Syracusas obsidendas venit. inde Appio 12
Claudio Romam ad consulatum petendum misso T. Quinctium Crispinum in eius locum classi castrisque praeficit veteribus; ipse hibernacula quinque milia passuum *ab* hexapylo — Leonta 13
vocant locum — communiit aedificavitque. haec in Sicilia usque ad principium hiemis gesta.

Eadem aestate et cum Philippo rege, quod iam ante 40
suspectum fuerat, motum bellum est. legati ab Orico ad M. 2
Valerium praetorem venerunt, praesidentem classi Brundisio

7. in *necessario* liegt eine Entschuldigung der scheusslichen That, doch sieht man, dass Liv. sie missbilligt *(malo)*; übrigens sagt er von Hannibals Befehl, *omnes puberes* nach der Einnahme Sagunts niederzuhauen: *quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est* (21, 14, 3).

8. *ut urbis*] *ut* den begründenden Umstand anfügend, deutsch 'als'.

pervasit clades] vielmehr das Gerücht davon, eine im Latein nicht seltene Verkürzung des Ausdruckes.

9. *infanda*] wie 38, 3.

11. *retro*] s. zu 20, 3.

12. *misso*] militair. Ausdruck für entlassen; vgl. § 1 *dimissi*.

veteribus] das Lager beim Olympium.

13. *Leonta*] mit griech. Endung.

40. Krieg gegen Philipp. Oricum wird genommen, Apollonia entsetzt, der König geschlagen.

1. *eadem aestate*] d. J. 214, weil Liv. das Vorhergehende zusammenhängend unter diesem Jahre erzählt. M. Valerius hat 10, 4 den Auftrag erhalten *ad Brundisium orae maritimae intentus adversus omnes motus Philippi praeesset;* jetzt geht er nach Griechenland (Oricum liegt an der Nordgrenze von Epirus) hinüber.

suspectum] vgl. 44, 6 *multa aut mota aut suspecta bella.* Dem Relativsatz entsprechender wäre *a Philippo motum est,* während nun eigentlich *a Romanis* zu ergänzen ist. Da dieser Zusatz aber fehlt, so nähert sich *motum est* dem *ortum est* = 'kam zum Ausbruch'. Genauer heisst es 33, 45, 5 *id animadvertendum esse, quid Carthaginienses, si cum Antiocho bellum motum foret, acturi essent.*

2. *praetorem*] ungenau statt *propraetorem,* wie oft bei Liv.

praesidere] ist militair. Ausdr. = 'decken' (schützen); vgl. 23, 32, 2 *M. Claudius ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolae praesideret, missus.*

classi] ist Abl. vgl. 10, 7.

Calabriaeque circa litoribus, nuntiantes Philippum primum
Apolloniam temptasse lembis biremibus centum viginti flumine
3 adverso subvectum; deinde, ut ea res tardior spe fuerit, ad
Oricum clam nocte exercitum admovisse; eamque urbem, sitam
in plano neque moenibus neque viris atque armis validam,
4 primo impetu oppressam esse. haec nuntiantes orabant, ut
opem ferret hostemque haud dubium Romanis mari ac terra
a maritimis urbibus arceret, quae ob nullam aliam causam,
5 nisi quod imminerent Italiae, peterentur. M. Valerius duorum
milium praesidio *relicto praeposito*que eis P. Valerio legato
cum classe instructa parataque et, quod longae naves militum
capere non poterant, in onerarias inpositis altero die Oricum
6 pervenit; urbemque eam levi tenente praesidio, quod *rex* re-
7 cedens inde reliquerat, haud magno certamine recepit. legati
eo ab Apollonia venerunt nuntiantes in obsidione sese, quod
deficere ab Romanis nollent, esse neque sustinere ultra vim
8 Macedonum posse, nisi praesidium mittatur Romanum. factu-
rum se quae vellent pollicitus duo milia delectorum militum
navibus longis mittit ad ostium fluminis cum praefecto socium
9 Q. Naevio Crista, viro inpigro et perito militiae. is expositis in
terram militibus navibusque Oricum retro, unde venerat, ad ce-
teram classem remissis milites procul a flumine per viam minime
ab regiis obsessam duxit et nocte, ita ut nemo hostium sentiret,
10 urbem est ingressus. diem insequentem quievere, dum praefectus
iuventutem Apolloniatium armaque et urbis vires inspiceret.
ubi ea visa inspectaque satis animorum fecere, simulque ab
exploratoribus conperit, quanta socordia ac neglegentia apud
11 hostes esset, silentio noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus

circa] (adjectivisch, wie oft) mit Beziehung auf des Valerius Stationsort Brundisium.

primum] s. zu 16, 8.

biremibus] mit zwei Reihen Ruderbänken versehen, doch waren die *lembi* klein und führten im Ganzen höchstens 16 Ruder.

flumine] der Aous.

adverso] Gegens. *secundo*.

3. *viris atque armis*] ein Begriff, gewöhnlich *viris armisque*, s. zu 24, 8. Aehnl. 3, 42, 2 *ne quid ductu atque auspicio decemvirorum prospere gereretur* und oft. Gehörten die Begriffe nicht so eng zusammen, dann müsste *aut* statt *atque* stehen.

4. *a maritimis urbibus*] sonst setzt L. *a* nur bei Personen, bei Sachen gewöhnlich den blossen Abl.

imminerent] s. zu 7, 3.

5. *inpositis*] wie oft bei L. nach dem Sinne construiert, weil *quod militum* = *qui milites* ist.

8. *cum praefecto*] s. zu 20, 1.

9. *retro*] s. zu 20, 3.

obsessam] s. zu 39, 1.

10. *dum*] mit Conj., weil die Soldaten mit des Hauptmanns Bewilligung (oder auf seine Anordnung) 'Ruhe hatten'.

animorum] Plur., obgleich es sich auf den Präfecten bezieht; s. zu 22, 8.

11. *ab urbe egressus*] wie L. die Städtenamen gewöhnlich mit *a* verbindet und oft *ab Sagunto exire* (21, 14, 7) u. a. sagt, so hat er diesen Gebrauch auch auf *urbs* u. *oppidum* übertragen bei *egredi* und häufiger bei *exire*. Es liegt aber in dieser Wendung mehr als in *urbe egredi*, wie L. sonst sagt, nämlich

castra hostium adeo neglecta atque aperta intravit, ut satis constaret prius mille hominum vallum intrasse quam quisquam sentiret ac, si caede abstinuissent, pervenire ad tabernaculum regium potuisse. caedes proximorum portae excitavit hostes; 12 inde tantus terror pavorque omnis occupavit, ut non modo alius quisquam arma caperet aut castris pellere hostem conaretur, sed etiam ipse rex, sicut somno excitus erat, prope se- 13 minudus fugiens militi quoque, nedum regi vix decoro habitu, ad flumen navisque perfugerit. eodem et alia turba effusa est. paulo minus tria milia militum in castris aut capta aut oc- 14 cisa: plus tamen hominum aliquanto captum quam caesum est. castris direptis Apolloniatae catapultas ballistas tormentaque 15 alia, quae oppugnandae urbi conparata erant, ad tuenda moenia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere; cetera omnis praeda castrorum Romanis concessa est. haec 16 cum Oricum essent nuntiata, M. Valerius classem extemplo ad ostium fluminis duxit, ne navibus capessere fugam rex posset. 17 itaque Philippus, neque terrestri neque navali certamini satis fore parem se fidens, subductis navibus atque incensis terra Macedoniam petiit magna ex parte inermi exercitu spoliatoque. Romana classis cum M. Valerio Orici hibernavit.

Eodem anno in Hispania varie res gestae. nam priusquam 41 Romani amnem Hiberum transirent, ingentes copias Hispanorum Mago et Hasdrubal fuderunt. defecissetque ab Romanis 2 ulterior Hispania, ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Hiberum dubiis sociorum animis in tempore advenisset. primo ad 3

dass er sich von der Stadt und zugleich von dem Stadtgebiet entfernt.

mille hominum] *mille* oft bei Liv. als Subst. gebraucht mit folgendem Gen., doch fast nur im Nom. und Acc.; so 41, 10 und hier wie 42, 8 auch mit dem Prädikat *captum*.

12. *non modo alius quisquam*] statt *non m. alius nemo,* ist gesagt, als wenn folgte *sed ne rex quidem;* diesem zweiten Gliede hat der Schriftsteller aber eine affirmative Form gegeben, wodurch die Ungenauigkeit des Ausdrucks entstanden ist.

prope seminudus] ist breit statt *prope nudus* oder *seminudus;* doch ebenso 9, 6, 1 *consules prope seminudi sub iugum missi.*

13. *militi quoque*] *quoque* ist wegen der veränderten Wortfolge (*vix militi, nedum regi;* vgl. 4, 1 u. 5, 1) hinzugesetzt, wie im gleichen Falle auch *vel* und *etiam* mit steigernder Kraft gefunden werden.

caperet — conaretur — perfugerit] Wechsel des Tempus, weil unabhängig *capiebat — conabatur — perfugit.*

14. *aliquanto*] von seinem Comparativ getrennt, wie oft auch *eo, multo, tanto;* hier ausserdem nachgestellt, wie 42, 5.

15. *Apolloniatae*] and. Form § 10.

oppugnandae urbi] s. zu 34, 7.

venisset] statt des gewöhnlicheren *evenisset;* vgl. 26, 40, 6 *quod longe aliter venit,* im Volksmunde: 'es kam ganz anders'.

41—42. Spanien; Operationen der beiden Scipionen.

Hasdrubal] *Hamilcaris filius.*

2. *ulterior Hispania*] eine Bezeichnung, welche erst später von den Römern eingeführt wurde. Als Grenze denkt sich Liv. den Ebro, während sie später wohl der *saltus Castulonensis* bildete.

dubiis animis] ist Abl. abs.

Castrum Album — locus est insignis caede magni Hamilcaris
4 — castra Romani habuere. arx erat munita, et convexerant
ante frumentum: tamen, quia omnia circa hostium plena erant,
agmenque Romanum inpune incursatum ab equitibus hostium
fuerat, et ad duo milia aut moratorum aut palantium per
agros interfecta, cessere inde Romani propius pacata loca et ad
5 montem Victoriae castra communivere. eo Cn. Scipio cum omni-
bus copiis et Hasdrubal Gisgonis filius, tertius Carthaginien-
sium dux, cum exercitu iusto advenit, contraque castra Ro-
6 mana trans fluvium omnes consedere. P. Scipio cum expeditis
clam profectus ad loca circa visenda haud fefellit hostes, op-
pressissentque eum in patentibus campis, ni tumulum in pro-
pinquo cepisset. ibi quoque circumsessus adventu fratris ob-
7 sidione eximitur. Castulo, urbs Hispaniae valida ac nobilis et
adeo coniuncta societate Poenis, ut uxor inde Hannibali esset,
8 ad Romanos defecit. Carthaginienses Iliturgim oppugnare ad-
orti, quia praesidium ibi Romanum erat, videbanturque inopia
9 maxime eum locum expugnaturi. Cn. Scipio, ut sociis praesi-
dioque ferret opem, cum legione expedita profectus inter bina
castra cum magna caede hostium urbem est ingressus et postero
10 die eruptione aeque felici pugnavit. supra duodecim milia ho-
minum caesa duobus proeliis, plus mille hominum captum cum
sex et triginta militaribus signis. ita ab Iliturgi recessum est.
11 Bigerra inde urbs — socii et hi Romanorum erant — a Cartha-
giniensibus oppugnari coepta est. eam obsidionem sine certa-
42 mine adveniens Cn. Scipio solvit. ad Mundam exinde castra
2 Punica mota, et Romani eo confestim secuti sunt. ibi signis
conlatis pugnatum per quattuor ferme horas; egregieque vin-
centibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipi-
onis femur tragula confixum erat, pavorque circa eum ceperat
3 milites, ne mortiferum esset volnus. ceterum haud dubium
fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die Punica
capi potuerint. iam non milites solum sed elephanti etiam

3. *caede*] er fiel in der Schlacht gegen die Vettonen, eine spanische Völkerschaft, i. J. 228.

magni Hamilcaris] im class. Latein heisst es *magnus ille H.*, Liv. aber scheint *magnus H.* (wie *magna Graecia*) zur Unterscheidung von anderen Puniern desselben Namens gebraucht zu haben. Wird das Adj. zum Eigennamen, so sagt man *Alexander Magnus*, Liv. aber sagt nach dem Sprachgebrauch der silbernen Latinität 9, 16, 19 *Magno Alexandro*. 30, 45, 6 *Felicis Sullae Magnique Pompei*.

4. *incursare*] mit blossem Acc. (sonst mit *in*) auch 5, 31, 5 *agros Romanos incursare*.

moratorum] ist Part. wie *palantes*.

5. *iusto*] s. zu 14, 4.

omnes] nämlich *tres duces Carth.*

8. *adorti*] mit Inf. oft bei Liv. zur Bezeichnung eines mühevollen Unternehmens, besonders beliebt *oppugnare adorti*.

10. *mille hominum captum*] s. zu 40, 11.

42. 2. *tragula*] ein Wurfspiess mit Schwungriemen, als Waffe der Spanier auch 26, 5, 17 erwähnt.

usque ad vallum acti erant, superque ipsum novem et triginta
elephanti pilis confixi. hoc quoque proelio ad duodecim milia 4
hominum dicuntur caesa, prope tria capta cum signis militari-
bus septem et quinquaginta. ad Auringem inde urbem Poeni 5
recessere, et ut territis instaret secutus Romanus. ibi iterum
Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit; nec dubia victoria
fuit: minus tamen dimidio hostium quam antea, quia pauciores
superfuerant, qui pugnarent, occisum. sed gens nata instau- 6
randis reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem militum
a fratre misso, brevi replevit exercitum animosque ad temptan-
dum de integro certamen fecit. Galli plerique milites, iique 7
pro parte totiens intra paucos dies victa iisdem animis, qui-
bus priores, eodemque eventu pugnavere; plus octo milia ho- 8
minum caesa, haud multo minus quam mille captum et signa
militaria quinquaginta octo; et spolia plurima Gallica fuere, aurei
torques armillaeque, magnus numerus. duo etiam insignes re-
guli Gallorum — Moeniacoepto et Vismaro nomina erant —
eo proelio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occisi.

Cum tam prosperae *res* in Hispania essent, verecundia Romanos 9
tandem cepit Saguntum oppidum, quae causa belli esset, octavum

3. *acti*] *agere* wie das Vieh vor sich hertreiben.

superque ipsum] Liv. denkt sich, dass die Elephanten vor den nachdrängenden Römern bis auf die Höhe des Walles emporgeklommen sind; ebenso unwahrscheinlich 26, 6, 1 *elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt*, denn die El. müssten in beiden Fällen sogar aus dem Wallgraben heraus auf die Höhe geklettert sein.

5. *Auringem*] bei der Unklarheit über die geographischen Verhältnisse fernliegender Länder, die L. mit seiner Zeit theilt und welche in diesen beiden letzten Capiteln sich sehr bemerkbar macht, ist es möglich, dass Auringis mit Orongis im Lande der Maesesser, die L. 28, 3, 2 erwähnt, identisch ist.

minus dimidio] gestellt wie 40, 14 *aliquanto*.

occisum] auf das Subj. *minus* bezogen; nach dem vorhergehenden *superfuerant* und *pugnarent* wäre *occisi* der natürliche Ausdruck gewesen.

6. *gens*] nämlich *Hispanorum*, wie Livius auch 28, 12, 11 sagt: *Hispania non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior erat locorum hominumque ingeniis.*

conquisitionem] eigentl. 'Zusammensuchen' deutet an, dass man in der Zeit der Noth einzieht, was irgend brauchbar ist; *dilectus* die geordnete Aushebung.

7. *Galli*] Kelten, welche auch im Gebiete der Turdetaner (also dem Schauplatz der beschriebenen Thatsachen nahe) zahlreich wohnten.

8. *torques*] von *torquere;* man erinnere sich des sogenannten 'sterbenden Fechters' mit dem gewundenen goldenen Halsband (dem eigentlich gallischen Nationalschmuck).

reguli] 'Häuptlinge, Fürsten'; in den späteren Büchern des L. ist *r.* oft = 'Fürstensohn, Prinz'.

erant] nämlich *iis*, daher die Dative; ebenso 48, 9.

9. *verecundia*] nach *verecundia cepit* erwartete man eine Thätigkeit, der sich die Römer schämen, etwa *neglexisse* oder *diutius neglegendi;* anstatt dessen ein abhängiger Satz, gleich als wenn vorausginge *cum verecundia meminerant.*

octavum] ein Versehen des Schriftstellers statt *sextum* 'seit 5 Jahren', s. 9, 7.

10 iam annum sub hostium potestate esse. itaque id oppidum vi
pulso praesidio Punico receperunt cultoribusque antiquis, quos
11 ex iis vis reliquerat belli, restituerunt; et Turdetanos, qui con-
traxerant eis cum Carthaginiensibus bellum, in potestatem re-
dactos sub corona vendiderunt urbemque eorum delerunt.
43 Haec in Hispania Q. Fabio M. Claudio consulibus gesta.
2 Romae cum tribuni plebis novi magistratum inissent, extemplo
censoribus P. Furio et M. Atilio a *M.* Metello tribuno plebis
3 dies dicta ad populum est. quaestorem eum proximo anno
adempto equo tribu moverant atque aerarium fecerant propter
coniurationem deserendae Italiae ad Cannas factam. sed no-
vem tribunorum auxilio vetiti causam in magistratu dicere
4 dimissique fuerant. ne lustrum perficerent mors prohibuit P.
5 Furi. M. Atilius magistratu se abdicavit. — Comitia consu-
laria habita ab Q. Fabio Maximo consule. creati consules
ambo absentes Q. Fabius Maximus, consulis filius, et Ti. Sem-
6 pronius Gracchus iterum. praetores fiunt duo, qui tum aediles
curules erant, P. Sempronius Tuditanus et Cn. Fulvius Centi-
7 malus, *ex privatis M. Atilius* et M. Aemilius Lepidus. ludos

11. *sub corona vendiderunt*] den zum Verkauf gestellten Kriegsgefangenen wurden Kränze aufgesetzt.

43—44, 9. Wahlen in Rom. Vertheilung der Amtsbezirke für das Jahr 213.

2. *censoribus*] die Censoren waren für censorische Amtshandlungen unverantwortlich, weil sie zu redlicher Pflichterfüllung durch den Eid gebunden waren. Die Anklage des Metellus wegen Missbrauchs der Amtsgewalt verstiess also gegen die Gesetze, und daher intercedierten seine 9 Collegen einstimmig mit ihrem *veto* (§ 3 *auxilio*). Uebrigens ist die Wahl des Met. zum Volkstribun als ein Act der Opposition des Volkes aufzufassen, welche über die allzu grosse Strenge des Senats und der Censoren murrte.

dies dicta ad populum est] = *accusati sunt*; vgl. 43, 8, 9 *Lucretium, ubi dies, quae dicta erat, venit, tribuni ad populum accusarunt.*

